BALDI DE VBALDIS,
famosissimi I. C.

TRACTATVS DE PACTIS.

IN QVO MATERIA PACTORVM DILVCIDE, DOCTE, PERSPICVE, SOLIDEQVE PERTRACTATVR.

NVNC AVCTIOR, EMENDATIOR, RECENTIOR cum varietate literarum in allegationibus, & à mendis quibus scatebat, repurgatus, editus.

CVI ACCESSIT INDEX RERVM AC VERBORVM DITISSIMVS.

OPERA ET STVDIO

IOHANNIS FRIDERICI SEIPS, I. C.

ETTLINGÆ.
Typis ac sumptibus Iohannis Philippi Spiessii Typographi M. B.

ANNO M. D. CVI.

BALDI DE VBALDIS, PERVSINI TRACTATVS DE PACTIS.

SVMMARIA.

1 *Pactum quid sit.*
2 *Factum licet versetur in pactis, tamen ex eo ius oritur.*
3 *Pactum de petendo, prodest ad replicationem.*
4 *Pactum vnde dicatur.*
5 *Pactum à conuentione quomodo differat.*
6 *Verbum promisit, si proferatur à tabellione, qualiter intelligatur: & quid si proferatur à teste ibi: & nu. 7. & quid si proferatur in sententia.*
7 *Media via eligitur in omnino dubiis.*
8 *Pactum à pollicitatione quid differat.*
9 *Pollicitatio à quo geratur.*
10 *Inuitum quæ obligent.*
11 *Lex non vestit contractum ante biennium.*
12 *Lex potest facere probationem omni tempore.*
13 *Differentia quæ sit inter probationem, & id quod probatur.*
14 *Contractus quilibet potest in contractum literarum deduci.*
15 *Pollicitatio à pacto differt.*
16 *Obligatio naturalis à facto pendet.*
17 *Contractus est causa actionis non aliquis euentus.*
18 *Factum omne contractus est.*
19 *Actio ex vendito informata, vtrum competat vt permutetur.*
20 *Pactum nunquid vestiatur omni interuentu rei.*
21 *Conditionis existentia purificat, non vestit.*
22 *Differentia quæ sit inter si, & cum.*
23 *Causa de futuro videtur esse idem quod conditio.*
24 *Causatum non potest præcedere causam suam in tempore.*
25 *Actuum vicinitas, facit reputari, totum esse vnum contractum, vnde inest pactum.*

57 Obli-

VOLENS ego Baldus de Perusio, differere pactorum materiam,& eorum quæ circa eam occurrũt perquirere veritatem: incipiam hoc ordine pertractare: vt videam, quid sit pactum: vnde dicatur: quid differat à conuentione: quid differat à promisso: quid à pollicitatione: qualiter inter se pacta formaliter distinguantur: qualiter contrahantur: de præsumptione pactorum: quos pacta ligent: quibus proficiant: per quas personas nobis pacto acquiratur: de quibus rebus pacta fiant: de effectibus pactorum: de executione
1 & implemento pactorum. Est* autem pactum, duorum, pluriumue in idem placitum & consensus, *ff. eodem l.1.§.& est pactio: duorum vel plurimum* dico ad differentiam pollicitationis, *ff. de pollicit. l. pactum. placitum & consensus* dico ad differentiam stipulationis, quæ non est absolutus consensus: sed consensus verbis solennibus declaratus, *vt ff. de verb. obligat. l. 1.* & ideo quod solus consensus qui est facti, *ff. de curato furio. l. consilio in fin. & argu. ff. de acquiren. re. do. l. bonafides §. 1.* desideratur in pactis: dicitur factum in eis versari. At in stipulationibus, quod iuris solennitas, quæ stipulationem substantiat, & plurimum potest, ius versari. Hinc est quod effectum stipulationis, sequens stipulatio tollit ipso iure. Quia quod iuris est, alio iure ciuili tolli ipso iure potest: at pactum ab alio pacto non tollitur ipso iure, quod consensus primus qui pactum substantiat, tolli non potest, cum facti sit, *ff. eod. l. si vnus §. pactus ne peteret.* Sed aduersari videtur, *de solu. l. Stichum. §. naturalis. ff de iureiurand. leg. fin.* sed dico non aduersari. Considerandum enim est, quod licet † in pactis factum versetur: tamen ex eo ius oritur, *vt ff. de procu. l. licet. §. ea. & ff. ad l. Aquil. leg. si ex plagis. § in cliuo.* Est autem istud ius naturalis obligatio quæ est iuris vinculum &c. *vt Institu. de obligat. in princip. & ff. de actio. & obliga. l. naturales.* hoc ergo ius tolli fateor: remanet autem factum, interdum habens ipso iure effectum, & interdum non habens: vt ecce pactum de non petendo factum est: postea subsecutum est pactum de petendo: obligationem per primum pactum inductam tolli dico: tamen ipso iure adhuc primum pactum remissorium habet effectum: quod si fuisset ab initio simplex remissio: quæ non producit aliquam obligationem: cum non ordinetur ad obligandũ, sed ad distrahendum quod conuenit, quod ibi resoluere obligationem non potest, vel quod non competat, vel

quod

quod inefficax sit, vel quod non valeat, *ff. de leg. 2. leg si ita scriptum. §. si sub conditione.* tamen exceptionem doli produceret, vt *C. eo. l. postquam liti.* & ideo pactum de petendo † prodest ad replicationem vt in *d. §. pactus.* Est & alia ratio, quod pactum de non petendo sustulit primam naturalem: Pactum ergo de petendo non resuscitat illam, *vt l. qui res. § aream. de solu.* sed nouam inducit naturalem. Ex sola ergo prima ciuili ipso iure non competit efficax actio, nisi iuuaretur via replicationis, quod non placet arg. *ff. ad Treb. l si hæres institut.* vnde primam approbo. 3

Sed pone, nudo pacto promisi tibi decem: deinde liberasti me per pactum nudum, dicam primum pactum ipso iure omni effectu carere. *vt d. de solu l. Stichum §. naturalis*: & ideo si tertio loco fieret pactum de petendo, nouus contractus esset. *ff. eod. l iurisgentium, §. adeo. arg. de contrahen. emp. l pacta conuenta. in fin. princ. & ff eod. l. si vnus. §. idem dicemus arg. contra. ff. de iure. fis l. deferre. §. fin.* sed *ibi* lex. resuscitat non conuentio: plus enim potest lex quæ est causa efficiens: quam conuentio, quæ est causa materialis: ergo non trahit actionem nisi ex tempore materiæ non vltra tempus.

In idem dico, non in eodem, vt notetur, quod consensus debeat esse de eodem, non circa idem. Nam licet in vnam sententiam tu & ego concurramus: tamen istud non est pactum & hæc dicit Azo. *in sum. huius tit. in princ.* & bene.

4 *DICTVM EST AVTEM* † *PACTVM* à pactione. *ff. eo. l. 1. §. pactum.* & dic à pactione, id est, à pacis actu, seu actione pacis. Pacisci enim est quidam actus concordiæ & ab isto actu pacis dicitur pactum: & ideo pactum à pace dicitur, vt effectus à causa: sed pacto dicitur, vt deriuatum à deriuante nam à genitiuo pacti, addita. c. formatur seu deriuatur pactio, secundum Isidor. Sed Vlpianus dicit quod nomen pacis dicitur à pacto, & sic contradicit Isidoro: sed tamen sustinetur, quia Vlpianus loquitur de pace probata per contractum pacti. Isidorus de pace intentionis per quam ad paciscendum inuitamur.

5 *DIFFERT* † *PACTVM A CONVENTIONE*, vt species à genere. Conuentio est genus, & dicitur, à conuenire, omnes ergo qui simul conueniunt, id est, congregantur, conuentionem faciunt, siue ex diuersis locis in vnum congregentur, siue singuli pro-

prijs animi motibus in vnum consentiant *ff. eo. l. 1. §. conuentionis.* Alibi conuentio sumitur, pro iudiciali inquietatione, pactum autem suam specialem significationem habet vt dictum est.

DIFFERT PACTVM A PROMISSO: quod plus & minus continere potest promissum quam pactum: loquor autem de ea continentia quæ versatur circa solennitatem: nam promissum ad pollicitationem aptatur, pactum non. Item ad stipulationem aptatur promissum, pactum autem & à pollicitatione, & à stipulatione separatur: vt hæc probantur ad *tex ff de Ædil. edic. l. secundum. §. dictũ,* & ideo siue in instrumento, siue vbicunq; reperiatur, pactum est, nõ intelligam vnquam de stipulatione, nec pollicitatione: sed de pacto nudo, vt puto, nisi de vestimento doceatur. Cum enim vestimentum sit aliud ab eo quod vestitur. & sic extrinsecus sumatur arg. *ff. de fundo instru. l. quæsitum. §. ea vero & l. fin.* non præsumitur. *ff. de public. l.*
6 *quæcunq; in fine.* Sed si istud verbum promisit † proferatur si quidem à Tabellione de stipulatione intelligam *secundum glos* vt notatur *C. de vsur. l. 1. ff. de pactis l. 1 in glos.* per hoc differt. *ff. de verbo. obliga. l. sciendum. Insti. de inuti. stip §. si scriptum.* Si vero à teste de nudo pacto intelligitur, vt notatur in *d. l. 1. C de vsur.* & attende rationem, quia Notarius nunquam conficit instrumentum, nisi inter præsentes. *vt in authen. de Tabellio. §. nos autem.* Vnde cum ex scriptura Tabellionis præsentia partium comprehendatur, stipulatio præsumitur. *C. de contrahen. stipulatio. l. 1.* Testis autem testificatur etiam, de eo quod fit inter absentes. Item attende rationem, quare intelligitur de nudo pacto, cum profertur à testibus & non de pollicitatione, quia nudum pactum est medium inter stipulationem & pollicitationem, & in omnino
7 dubijs † media via eligitur. *vt d. si pars hæredita. peta. l. antiqui & ff. de pæn. l. si præfinitio.*

Quid si hoc verbum apponatur in sententia? respondeo, de solenni promissione intelligi debet. *arg. ff. de fideiuss. tuto. l. cum ostendimus §. vlt. & si ser. vendi. l. harum. & l. egi.*

Quid si reperitur hoc verbum promisit, in libello conuentionali? respondeo, tunc enunciando emittitur & id spectatur quod actori prodest, *ff. de indi. l. si quis intentione.*

Quid si reperitur hoc verbum in scriptura priuata, quod facio scripturã, in qua confiteor me pacto promisisse vel in qua promitto?

dicit

dicit Guli. quod de stipulatione intelligitur. ita no *ff eo. l. iurisgentium. §. quod fere. alleg. C. de contrahen. & commit stipul. l. 1. & ff. de verb. oblig. leg. Titia §. penul.* facit quod not. *C. de dot. promiss. l. 1.* & verum dicit, vbi constat rem inter præsentes actam vbi *ibi* dicitur, alias secus dicerem. Item an contra istam præsumptionem admittatur probatio in contrarium? dico quod sic, etiam per testes: vt not. *in d. §. quod fere.*

*DIFFERT * A POLLICITATIONE* pactum, quod pollicitatio est solius promittentis sponsio, vnde & absens pollicetur quis non directa sponsione per nuncium vel epistolam; sed cum dirig itu & acceptatur, quod ibi duorum consensus interuenit, pactũ est. *vt ff. de pollicita. l. pactum.* Item differt quia ex pacto vnicuiq; regulariter obligamur, ex pollicitatione vero non nisi vel collegio alicui, vel ecclesiæ spondeamus, & tunc si cum causa vt ob honorem vel similem causam ab initio astringimur, alias ita demum si ceperimus. *ff. de pollicitatio. l. 1. §. 1. & d. l. pactum cum similibus.* Item pactum vel alius contractus si non producat obligationem, re vel aptitudine nullus est, etiam si cum Ecclesia, vel loco venerabili ineatur: vt nota. *C. de sacrosanct. eccles. l. illud*; in pollicitatione diuersum est, quia pollicitatio non habet in se naturalem obligationem vnquam: nam obligatio naturalis ex parte obligati, & eius cui obligatio quæritur, debet habere consensum, *vt ff. de pact. l. 1. & ff. de solu. l. Stichum. §. naturalis.* qui consensus non interuenit vtrinque in pollicitatione vt dictum est. hoc tenet Guli. *in §. pactus l. ne peteret. in princ.* Dico tamen, quod licet vera naturalis non sit ibi, est tamen quædam quasi naturalis. *vt d. l. pactum. ibi, quasi debitum, &c.* sicut reperitur vbicunq; tacita obligatio nascitur, præter id quod agitur *ff. commoda. l. si is qui. §. si libero, & ff. quibus ex caus. in poss. ea. l. apud Iulianum.* at ibi secundum naturam eius quod agitur obligatio nascatur, si quidem ex contractu planum est. Sed si ex quasi contractu, vt si gerantur negotia furiosi potest dici quod ciuilis sit natiua, naturalis datiua: vel quod sit vna obligatio tantum, scilicet ciuilis habens effectus & ciuilis, vel quod vtraq; sit natiua: quasi lex fingat consensum, & hæc verior est. *ff. de nego gest. l. 3. §. pupillus. & §. & si furiosi.* erit ergo naturalis natiua, ex cõsensu datiua, quod est not.

Breuiter ergo quædam * sunt, quæ non nisi ab vno geruntur, vt pollicitatio, & in istis, cũ de necessitate sit non interuenire cõsensum 9

aptum ad contractum, quia tunc transiret in pactum ab vtraq; parte: sed quando ab altera nulla est propria naturalis, sed est quædam quasi naturalis, quæ à l. datur: ciuilis autem vera est & natiua quædã, in quibus præter aliquid, quod agatur ab aliqua parte, obligatio nascitur, & idem dico vt ciuilis sit illa quæ nascatur, sed naturalis detur: Sic intelligo dictum. §. *si libero in fin.* non enim naturalis potest nasci: nam ex vero consensu non: cum nullus sit: ex consensu ficto non, duabus rationibus: tum quia tunc non oriretur, præter id quod agitur, sed ex eo quod ficte agitur: tum quia condictio indebiti, vbi est actum de repetitione, non oritur. Nam re contrahitur condictio: porro vbi verba interueniunt re contrahi impeditur: sic intelligitur *ff. de condictio. indebi. l. 2. in princ.* & not. *ff. rem ra. habe. l. si sine. in princ.* & argu. *ff. de noua. l. si stipulatus. §. fin. cum l sequen. & C. de rerum permutatione. l. ex placito. ff. de verbo. oblig. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. cum simi.* Quædam sunt, quæ ex eo quod agitur ab vtraq; parte vere vel ficte producunt actionem, & tunc dic, vt dixi in actione nego. gest. Quæ-

10 dam sunt † quæ inuitum obligent, vt sententia: & ibi dico quod sententia iudicis generat ciuilem quæ habet effectum naturalis quantnm ad actionem producendam. *vt ff. de peti. hæredit. l. item veniunt §. idem recte ff. de re iudic. l. miles. §. decem.* sed non quantum ad naturalem primam extinguendã: vt de condict. indebi. *l. Julian. Insti. de except. §. itẽ.* nec obstat arg. contra. *ff. de iureiur. l. fi. & ff. de sol. l. Stichũ §. naturalis.* q̃a loquuntur non in necessario, iuramẽto, sed in voluntario, vel iudiciali. Ex quo infero, q̃ si reo condemnato, fiat pactũ de non petendo, cum vna sit obligatio tantũ, dico illam quo ad vtrumq; effectum elidi non tolli: cum vterque effectus veniat ab vno stipite durante principio, necesse est ipsum quoq; durare: quia ex necessitate cõcurrunt argum. *ff. de tute. & rati. distra. l. 1. §. in tutela, & ff. de libe. & posthu. l. si ita. §. regula.* hæc in semicontractibus, vt est pollicitatio, & in quasi contractibus, id est, in proprijs contractibus dicta sunt. Porro euenit interdum vt ex vestito contractu non sit duplex obligatio, vt in Chirographo ante biennium, vbi credimus solum naturalem esse

11 propter consensum, sed ciuilem non esse, quia lex * non vestit contractum ante biennium: ita intelligitur *C. si cert. pet. l. si non singuli, & ff. eod. l. qui mutuam.* licet gloss. vbique nobis contradicant. Item pro nobis est, *Instit. de litera. obliga. §. plane.* nam *ibi* dicit obligationem nasci post

ſci poſt biennium. Nunc quæro an dices de naturali, & hoc eſt falſum: finge non eſſe modo aliquem, qui conſentire poſſit: ergo de ciuili dicit quod naſcitur: ergo ante nata non erat. Item facit pro me, quod ſi ciuilis ante naſceretur: ergo actio efficax eſt ante, niſi reus exceptionem non numeratæ pecuniæ probet, quod eſt falſum: cum ante biennium actor habeat neceſſe probare ſe numeraſſe, vt notat *in d. §. & C. de non num. pecu l. ſi ex cautione.* & hoc venit ex eo quod actio ſua non ſubſtantiatur, niſi hoc probet: at poſt biennium ſubſtantiata eſt, ideo reus ſuam exceptionem habet probare.

Ex hoc ſequitur aliud, nunquid exceptio non numeratæ pecuniæ poſſit obijci, poſt concluſum in cauſſa, dico quod ante biennium obijci poteſt, non poſt: & ratio eſt, quod allegationes iuris ideo quolibet tempore obijciunt, quia ipſo iure probantur *ff. de confeſ. l. 2. de auro & arg. lega. l. ornamentorum.* Et quæ ipſo iure non probaretur, vt exceptio iuris conſuetudinarij, quæ eſt facti vt not. *ff. de lega. 3. librorum §. quid tamen caſſius. & extra de conſtit. c. 1. lib. 6.* non poſſet abijci: ſed exceptio non numeratæ pecuniæ ipſo iure probatur ante biennium, ergo & pro hoc facit, quod lex † poteſt facere probationem, omni tempore: ſed omne quod probatur eo ipſo quod non probatur contrarium, dicitur probari per legem vt *C. lib. 12. qui milita. non poſ. l. ſuper ſeruis:* ergo *&c.* Sed contra me facit, quod ſi ciuilis non naſceretur ante biennium, ergo ex ſola naturali non eſſet actio, *vt ff. de ſolu. l. ſi is cui. § Flauius. & in §. quinimo.* quod eſt aperte cõtra legem, quæ dicit agenti exceptionem opponi. Sed dico quod hoc eſt caſuale, quod ex naturali naſcatur ſola obligatio ſic *ff. de actio & obliga. l. naturales.* & ita ibi ponerem caſum: vel poteſt dici, quod vbi dubitatur, an ſit ciuilis obligatio propter incertitudinem facti, ibi ex ſola naturali agatur. Sed vbi ſolam naturalem eſſe conſtat: ibi agi non poteſt vt in contrarijs *argumen. ff. de condi. inde. in l. ſufficit. & C. de condi. inde. leg. fin.* 12

Illud quæro, quomodo eſt, quod inter ſe ſic iura aduerſantur: dicunt enim quædam leges probationem incumbere creditori ante biennium vt dictum eſt: aliæ dicunt debitori, qui contra ſuam confeſſionem venit probationem incumbere quod res aliter ſe habeat, *C. de non nu. pecu. l. generaliter. & ff. de probatio. leg. cum de indebito. §. fin.* Reſpondeo, interdum creditor allegat confeſſionem debitoris

tanquam modum obligandi, interdum tanquam probans obligationem: primo casu quando creditor instrumentum dicit esse contractum literarum, habet locum quod dixi de exceptione non numeratæ pecuniæ: & fit iste contractus literarum, vt habeat locum exceptio non numeratæ pecuniæ super mutuo tantum. *C. de non.num. pecu.l.aduersus.& ib.not.* secundo casu obtinent contraria.

Sed qualiter cognoscam ego vtrum creditor nitatur ex instrumento vt ex contractu, an vt ex probatione contractus? Respondeo, si inducit contractum id est, instrumentum propter se: tunc vt contractum inducit: si propter aliud probandum tunc secus: inter
13 probationem † enim & id quod probatur, differentia est, *vt ff.de pet. hære.l.qui interrogatus* & not. *ff.de legi.l.omnium*. Sed nunc nos *l.generaliter.* aliter intelligimus, & sic ponimus casum: Confessus sum ego quod à te decem habui, & recepi ex causa mutui: postea in alio instrumēto dixi, quod tibi promittebam decem quæ fueram confessus &c. certe nullo tempore nec ante biennium, nec post, nec in causa mutui, nec in alia potero dicere mihi non fuisse numeratum, nisi per apertissima documenta &c. Et sic quod dicit *l.generaliter*, ex antecedente causa dico id est contractu. Sed *glos.* intelligunt l. illam in confessione quæ est emanata ex alia causa, quam ex caussa mutui vbi cessat contractus literarum, & exceptio non num. pecu. & hoc placet, licet ibi dicat generaliter & subijciat postea pro quibuscunque &c.

Item an erit in potestate creditoris, vtrum vtatur confessione debitoris ad debitum probandum vt sic circumueniatur tota illa materia, de non numerata pecunia & de litera. obli. Respondeo, non: nam aut ab initio fuit actum vt esset contractus literarum & tunc planum est. *C.si cert.peta. l. fin.* aut nihil est actum, & tunc non videtur esse posse contractus literarum: nam aut debitor in instrumento confitetur se debere: aut se obligat: primo casu per instrumentum non contrahitur, *vt ff.de actio & oblig.l.non figura*, sed probatio conseruatur: secundo casu est contractus verborum, secundum ea quæ *supra in principio* dixi, circa materiam. §. *si scriptum.* ergo non est literarum obligatio, quæ est species distincta ab obligatione verborum, vt dicit *text in d.§.plane. de lite. obliga.* Sed dico contra, nam vbi debitor dicit in sua priuata scriptura, obligo ego B. me tibi & per præsentem scriptu-

ſcripturam,ad decem ipſa ſcriptura contrahitur, *& §.ſi ſcriptum*, loquitur in ſcriptura, quæ ad probationem inducit, non in ea quam probari neceſſe eſt,& quilibet*contractus de mundo poteſt in con 14
tractum literarum deduci,*vt C.de fide inſtru.l.contractus*:licet exceptio non num. pecu. non ſit prodita niſi in mutuo ciuili, *vt dixi ſupra*:vel dic,quod proprie non ſit, niſi ſuper mutuo: quod proprietates quæ huic contractui attribuuntur per titulum de litera. oblig. alii contractui non conueniunt: & hæc verior eſt:non obſtat l. contractus, quod contractus non contrahitur per ſcripturam:ſed contractus in ſcripturam redigitur,ex partium conuentione,volentium non ſtari contractui niſi ſolennitate conuentionali valletur.

Item quæro an literis publicæ perſonæ fiat contractus literarum, an vero neceſſario ſit partium priuata ſcriptura. Reſpondeo, & per alium ſcribi poteſt: nam & per alium quemuis contractum facimus: hinc eſt quod etiam re duo rei fiunt: nam licet duobus inſolidum idem competere non poſſit: tamen vterq; habere videtur,quod alter habuit voluntate ſua, *C.ſi cert. peta.l.ſi non ſinguli.& ibi* not. Sed in eo eſt quæſtio, cum tabellio conficiat inſtrumentum, vt pars quomodo autenticat illud.Reſpondeo,duplici perſona fungitur:ſcribit enim tanquam quilibet,ſed autenticat vt tabellio,*argum.ff.de adopt.l.ſi pater. §. qui duos* & ita intelligatur quod not *in d.l.ſi ex cautione*.

Item quæro an exceptio non numeratæ pecuniæ habet locum vbi per ſcripturam:ſed ſine obligat ſe aliquis. Reſpondeo,nō:quod verbis obligatur, non literis, & exceptio non numeratæ pecuniæ non habet locum in contractu, qui verbis contrahitur. text. eſt in *d.§.plane* & not *C.ſi cert. pet.l.ſi non ſinguli in gloſſ.quæ incipit,qualiter,&c.* Item differat*pactum à pollicitatione,quæ pollicitatio veſtitur im- 15
plenti,contra ſeipſum fauore voti & pietatis, *vt ff. de pollici.l.1.§.cœpiſſe*.Sed pactum veſtitur implenti, non contra eum, vt *C. de pact.l.ſi certis annis.*

QVALITER INTER SE PACTA FORMALITER DISTINGVANTVR videamus, & quidem inutilia ab vtilibus diſtinguuntur per eſſentiam: nam vtilia pacta habent eſſe,inutilia non.*ff.eo.l.iuris gentium,§.pactorum, & l.ſi vnus,§.pacta.C.eod.l pacta quæ contra.* Item vtilia inter ſe diſtinguuntur, eſſentialiter & ſic formaliter. Nam accipio formam pro eſſentia: quia forma eſt quæ

 dat eſſe

dat esse rei,& rem conseruat,&in quantum conseruat,est idem forma quod essentia,*ff.ad exhiben. l. Iulianus §.sed si quis rem,ff.quibus modis vsuf.amit.l.repet.§.rei.ff.de lega.3.l.quaesitum.§.illud cum sint.*

Vtilium enim pactorum quaedam actiones producunt, quaedam exceptiones, quaedam sunt in rem, quaedam in personam, quaedam ad tempus certum vel incertum, quaedam perpetuam actionẽ producunt,vt sunt pacta vestita. Exceptionem tantum produnt pacta quae sunt nuda.*ff.eo.l.iurisgentium.§.quinimo.& C.eo.l.in bonae fidei.*&illa est ratio, quia in pactis nudis factum versatur nudum,& sine solennitate iuris: & ideo ius vt ciuilis obligatio & actio quae oriuntur ex concursu solennitatum non nascuntur: naturalis autem obligatio nascitur,& inde exceptio quae illa aequitate nititur,*vt ff.de excep.dol.l.*
16 *qui aequitate.& de solut.l.Stichum §.naturalis*, & est ratio quod * naturalis obligatio pendet à facto, id est consensu, ciuilis autem à iuris solennitate:non enim nisi solenniter oritur,ergo cessante solennitate iuris,eiusdem iuris remedium cessat.

Pactorum autem quae vestiuntur, quaedam vestiuntur rei interuentu; quod accipe in contractibus innominatis;si agimus tu & ego nudo pacto, de permutando meum librum cum tuo,ab initio non nascitur aliqua obligatio ciuilis, sed naturalis, propter consensum, & illi naturali additur ciuilis; & sic pactum vestitur rei interuentu. Istud autem vestimentum producitur tãtum implenti, *vt ff.de rerum permut.l.1.& ff.de pact.l.iurisgentium,§.1.*

Sed pone vendidi tibi librum, pacto apposito de permutando domum meam cum tua, vtrum ex isto pacto incontinenti apposito nascatur actio? Respondeo,aut quaeris vtrum nascatur praescriptis verbis, & videtur quod non, nisi re secuta ex parte agentis, argumen.*d.l.ex placito.de rerum permuta.* In contrarium videtur argumen. *C.de pact.inter.empt.l.2 & ff.de praescrip. verb.l.si vir vxori.* videtur enim nasci debere, licet obstet exceptio non implenti, *ff. de actio. empt. l. Iulianus,§.offerri. & l. qui pendentem*: Sed prima sententia verior est: sunt enim quidam contractus nominati, & in istis statim,cum sunt,
17 & actio est:quia † causa actionis est ipse contractus nõ aliquis euentus,vt *ff.de pact.l. iurisgentium, in principio.* Quidam innominati,& hi si cadunt in aliquem contractum innominatum respectiuum, vt *ff.de praescript.verb.l.naturalis*, non pariunt actionem;vt si nudo pacto

per-

permutamus,tu & ego ita dicendo,permutamus ad inuicem Codicem cum ff. & hoc est quod dicit,*ff.de pact. l. iurisgentium. §. 1.* vbi dicit, quod implenti tantum ex parte sua nascitur, & ratio est: quia contractus innominati,non habent se ad actionem, vt causa actionem producens, nisi remotissime. Sed euentus & impletio à qua contractus innominati denominantur, est mater & causa obligationis & actionis. Et ideo cum hæc causa sit de futuro ipso iure non producit actionem, antequam ipsa, quæ est actionis mater producatur,*ff.de adopt.l.nam adoptio. ff. de verb. signifi. l. cedere diem.cum similibus.*Si vero contractus innominatus cadit in simplex pactum: nam omne pactum * contractus est vt not. *ff. de actionib. & obliga.l.1. in fin.* 18
magnag'o.& probatur ad text.*ff.de pact. l. si vnus. §. pactus versic. quod si non vt tolleret*:tunc aut contractus iste ordinatur ad aliquem ex prædictis innominatis: & tunc quia statim consentimus, & pure consentimus, naturalis obligatio nata videtur & ciuilis, si pactum cohæreat alicui contractui nominato, vt in quæst. præmissa: tamen contra dico: quia pactum istud ad actionem est causa remotissima, impletio est causa remota,obligatio proxima. Et ideo ciuilem obligationem quæ & vicinior actioni cum vtraque sit de iure ciuili dico non nasci ante implementum, & per consequens nec actionem, sed naturalem obligationem dico natam: quia consensus in obligando,qui sufficit ab initio, est proxima causa eius vt dictum est,sic intelligo,*ff.de pactis,l. iurisgentium.§.sed cum nulla.* Aut pactum ordinatur ad contractum nominatum,& tunc appositum iuxta contractum vestitur: & ideo actionem præscriptis verbis producit,*vt d.l.si vir vxori,& d.l.2.* aut pactum non ordinatur ad aliquem cōtractum: sed ad aliud factum,vt ire Romam, vel fossam fodi,& idem erit vt *ff. de contrahen.empt.l fundi partem,& C. de pact. l.petens, ff.de peric.& commod rei vendic. l. si in venditione, gloss.in §.quinimo,*ibi dum dicit:quod si conuenit, vt dos vlteriori die redderetur quod non valet pactum,dicit esse ideo: quod dies ille impedit actionem nasci: quod inest actioni de necessitate, sed istud die esse expresse contra casum,*ff.sol. mat. l.si socer. §. Lucius.* Aut † quæris vtrum actio ex vendito informata competat vt permutetur: & dico quod sic: nam 19
quantum ad contractum primum pertinet permutare,cadit in simplex factum, *argumen. ff. de verb.obliga. l.liber homo.in fin.& C.de pact.l. debitori.*

debitori.ibi ex stipulatu, &c. sicut illud factum fossam fodi cēsetur esse pars pretii, vt in *d. l.fundi partem, & ff. de act. empt.L. Iulianus §.si tibi*, ita & hoc, & ad precium & quasi constat natam actionem ex vendito & obligationem ab initio, vt in *d.l.Iulianus §.offerri*.ergo &c.pro hoc est *d.l.fundi*, & *eo.tit.l.qui fundum, & d.§.si tibi & d.l.2.C.de pact.inter emp.& vendi.cum similibus.*

20 Quæro vendo tibi rem, an pactum quod appono, dum trado, dicatur vestiri rei traditione? dico quod nō, quia traditio fit ad dissoluendum, ergo non operatur contra, secus in contractibus innominatis: quia ipsa traditio obligationem constituit, & dissoluit & in quantum ordinatur ad obligandum cum cui impletur bene potest vestire vt not. *ff. de pact. l. in traditionibus*, & hæc distinctio notabilis est: tamen attende: quia inuito eo cui traditur, non potest aliqua lex dici in traditione, sed demum eo volente: quia duorum consensus interuenire debet & sic debet intelligi, *d.l.in traditionibus*, & facit quod no. *C.de dona.quæ sub modo l.perfecta.*

Sed quæro † nunquid omnis rei interuentus vestiat pactum: pone promisisti mihi decem, si ascenderem capitolium, ascendi, an habeam actionem, quasi vestiatur prima conuētio nuda ab interuentu facti? Respondeo, non hic facti interuentus purificat, non vestit, *vt ff.eod.l.si intra*, & *ibi*.est casus. Oportet ergo quod res interueniat, causa implendi contractum nō causa purificandi illum. Sicut enim homo vestitur veste, ita contractus vestitur, dum impletur: assumit enim pro veste id à quo perficitur ex parte implentis: ergo concludimus, quod in solis quatuor contractibus innominatis rei interuentus vestiat pactum, licet in altero nō agatur ex pacto: sed de dolo propter pactum, *vt ff.de præscrip.verb.l.naturalis §.quod si factum*, sed secundum illos, qui dicunt contractus innominatos fieri per conditionem, *vt ff.eo.l.si intra.& ff.de contrahen.empt.l.si mihi bibliothecam. & ff.de dona.l.hoc iure §.1. & ff.præscrip. verb.l.solent.§.fin. & C.de rerum permutat.l.quoniam asseueras*, videtur quod facti interuētus, in casu prædicto, vestiat pactum. Sed dicendū est, quod omne pactum nudum in quantum facit contractum, per se est contractus innominatus; cum non habeat nomen aliquod speciale: sed vocatur contractus

21 pacti, & non curo vtrum pure fiat, an sub conditione. Nam * existentia conditionis purificat non vestit, vt dictum est, per *l.si intra.*

non

non tamen dici debet quod sit alter ex quatuor innominatis: quod illi fiunt per vt, non per si: & sic per causam de futuro, non per conditionem, vt patet *ff. de præscrip. verb. l. naturalis, per totam l.* Et tamen fateor, quod si nudo pacto promisissem tibi Stichum, si manumitteres Pamphilum, quod purificando conditionem, habes præscriptis verbis actionem quæ dicitur in factum, & ideo dicitur præscriptis verbis: quod verba præscribuntur, hoc est, quia nomen habet contractus, & per consequens & actionem, quæ sumit nomen à facto, *vt not. ff. de actio. & obligat. l. consensu.* Item fateor, quod manumittendo facis vt dem, & sic est contractus ille innominatus, facio, vt des: ante vero quam facias nullus est contractus innominatus respectiuus, sed pactum simplex, vt dictum est: & sic patet quod non obstat, *de contrahen. emptio. l. si mihi bibliothecam*: quia ibi actio non nascitur ex respectiuo contractu innominato: sed ex absoluto pacto: & ideo male dicit *glo.* quæ est in *l. si intra:* & melius illa, quæ est, *ff. de iureiuran. l. si quis cum*, & quod in d. l. si mihi. ex respectiuo contractu innominato non possit actio nasci apparet: quod conditio non fuit ibi vere impleta, sed ficte, & ficta impletio non potest facere illam speciem contractus facio vt des: quia non fit aliquid. Item ibi datio & factum non fuerunt respectiua: quia vnum ad alterum, & econtra, non habuerunt se per modum causæ: ergo non potest induci contractus innominatus respectiuus. Item quia licet per conditionem fieret contractus aliquis ex quatuor innominatis: tamen illud esset verum in conditione mere potestatiua, non in casuali vel mixta de qua loquitur *d. l. si mihi.*

Quæro nunquid per cum fiat idem quod per si, vt si dicam faciam cum dabis: vel dabo cum facies? Respondeo, idem dico: quod inter 22
si * & cum non est differentia nisi quia si ex eo quod respicit actum promittendi, denotat conditionem principaliter, sed cum, quia respicit actum exequendi, denotat conditionem propter tempus incertum, *vt ff. quando dies lega. ced. d. l. si Titio.*

Quæro nunquid per ablatiuum absolutum, fiat contractus innominatus alter ex quatuor prædictis, vt ecce si dico te dante mihi equum, dabo tibi librum? Respondeo, quod præueniendo in datione libri non astringo te mihi, *ff. de condi. & demon. l. à testatore, ff. si quis omis. cau. test. l. si sub conditione*, constat idem contingere quod *supra* di-

ximus, *argum. contra ff. de leg. 3. l. fideicommissa §. cum esset.* Sed *ibi* per ablatiuum non denotatur conditio: ac si dicerem, exactis à te centum, dabo tibi librum: quod per ablatiuum significatur exactio, & commodi repręsentatio, non aliqua suspensio, ergo non denotatur conditio *ff. de condi. institu. l. illa institutio. §. final.* & *facit ff. ad l. falc. l. in ratione. §. quo loco.* & quod *ib. not.* & *ff. de contrahen. empt. l. cum ab eo.* Item quæro nunquid in prædicto exemplo exactis, &c. denotetur contractus innominatus respectiuus? Respondeo, non: quia natura horum est vt agens præueniat in implendo, vt in *l. ex placito*: at conuentio hic ordinatur, vt preueniatur in exigendo, ergo, &c. *arg. ff. de do. cau. mor. l. vbi ita donatur, & l. Seia.* Ex hoc sequi videtur quod si tale pactum fuit nudum quod impletio ex parte mea non vestiat illud: quia aliter ordinatur quam vestiatur, dubito.

23 Sed contra prædicta obiicitur, quia * causa de futuro videtur esse idem, quod conditio. Item obiicitur quia per vt, debet denotari modus non causa. ergo contractus innominati, non fiunt per causam, sed per modum. Item obiicitur, quod causa non potest esse de futuro. Primum probo per *l. ff. ad Treb. l. epistolam. in prin.* Secũdum probo per *l. 2. C. de his quæ sub modo.* Tertium probo per *l. ff. de condi. & demon. l. si ita legatum.* Respondeo ad primum, & dico quod interdũ existentia causæ implet dispositionem: & tunc constat quod non facit conditionem, quæ conditio non implet, nec executioni tradit dispositionem sed purificat, vt *ff. de verb. sign. l. cedere diem.* Interdum existentia causæ purificat dispositionem: vt quia impletio causæ de futuro, non est impletio ipsius contractus, & tunc obtinet cõtrarium. Item ad secundum respondeo & dico, quod per vt tunc denotatur modus quando necesse est perueniri in eo, cuius gratia per vt, adiicitur: vt si do tibi centum, vt facias ex eis domum mihi, vel fossam fodias. Nam & si dicerem, do tibi centũ si ex eis domum facies: adhuc modus denotatur: quia ante oportet tibi emolumentum quæri, deinde te explicare: quod est contra naturam conditionis propriæ: quæ ante omnia debet impleri *ff. de leg. 1. l. huiusmodi. in prin. ff. de condi. & demon. l. quibus dieb. §. Termilius. & l. cum tale. §. Titius ff. de colla. bo. l. Prætor. ff. de contrah. emp. l. cum ab eo. ff. loca. & conduc. l. antepe. §. l. d. & §. mandaui.* Sed cum ex natura eius, quod agitur, potest præueniri & debet præueniri in eo, ꝙ iniungitur per vt, vel similes dictiones, dico causam denotari.

tari,ita modo loquimur,vt *C.de rerũ permut.l.ex placito.* Item ad tertiũ dico,quod causa præsentis obligationis non potest esse de futuro,ꝙ causatum * nõ potest præcedere causam suam in tempore: sed causa 24
futuræ obligationis bene potest esse de futuro, dũmodo præueniat tempus sui effectus:& ita modo loquimur in contractib.innominatis,vt *d.l.ex placito. & l.iurisgentium. §.sed si alium*: & hæc de causa producente actionem. Sed causa non producens,sed mouens animum ad aliquid contrahendum adhuc est necessario de præterito imaginata,& hac ratione dico,eam de præterito,licet in executione possit præueniri ab illo, quod fit propter illam causam, vt si do tibi vt des mihi,vt no.*C.de condi.ob.cau.in Rub.*

Nunc videamus,qualiter pacta vestiantur cohærentia cõtractus, Iac.&Pet.dicunt pacta tali modo nõ vestiri ex eo,quia non sunt nuda,cum actionem pariãt,vt *C.eo.l.in bonæfidei & l.legem ib.per Doct.* Sed ego dico videndum primo, quando dicatur pactum cohærere contractui.Iac. dicit qñ pactum fit antequã cõtractus absoluatur à partibus,vt *C.de fide instr.l.contractus.* sed male dicit, ꝙ pactũ de quo ipse loquitur nõ cohæreret contractui:quod non dicitur contractus nisi postquã fuerit absolutus, sicut nec testamentũ dicitur,nisi postquã absoluitur, vt *ff.de lega.3.l.fideic.§.1.ff.de testa.l.si is qui.& l.ex ea.ff.de test.mili.l.Lucius C.de codicil.l.fi.§.illo cum sim.* Dico ergo pactũ vestiri cohærentia contractus:qñ partib. dispositis ad emendũ pone vel vendendum, ante omnia pactum aliquid fit:& absoluitur deinde contractus principalis. Idẽ si postea fiat in continenti: quoniã * vicinitas 25
actuum facit reputari totum esse vnum contractum, vnde inest tale pactum *ff.si cer.pet.l.lect.§.dicebam,& ff.eo.l.iurisgentium.§.quinimo,* sed pone ꝙ pactum fit antequam cõtractus absoluatur à partibus, nonne vestitur?Respondeo, vtiq; vnde præscriptis verbis actionẽ parit, vt *ff.de contrah.emp.l.si mihi bibliothecam*: tamen non dico,tale pactum vestiri,quasi cũ geritur cohæreat vt hæsit contractui: sed quia hæret ei ꝙ principaliter geritur inter partes:&quia dũ absoluitur oportet ꝙ primo aut post principalem contractũ absoluatur, cohæret ergo cõtractui respectu temporis quo absoluitur. Sed quid si absoluatur pactũ à partib.inter media cõtractus?Respondeo idẽ *ff.de lib.& posth.l.3.§.filius,* vestitũ est n.ac si primo, aut post appositũ esset:tñ dicitur vestiri cohærẽtia cõtractus sed vicinitate rei gestæ,quia vt dixi nõ est

contractus præcedens aut sequens qui vestiat, sed est cõtractus partim præcedens & partim sequens, quid si duo contractus principaliter fiunt, vt quia vendo tibi codicem, & permuto tecum digestum, pactum apponitur à quo dicitur vestiri? Respondeo, distinguerem vt distinguit lex in alia materia, *ff. de lib. & posthu. l. 3. & C. de libe. præter. vel exhered. l. 1. Item quæro,* ea quæ dixi obtinent in contractu, de quo est actum vt fiat in scriptis, vel vt redigatur in scripturam, scilicet quod non dicitur contractus antequam sit perfectus & perfectus non dicitur, antequam absoluatur, & absolui non dicitur, antequam Notarius legat, & partes confirment & approbent, in *d. l. contractus.*

26 Sed quæro * quid erit cum contractus non redigitur in scripturam. Respondeo, tunc ipsa prolatione verborum hinc inde vel aliter facta expressione consensus, secundum naturam negotii absolui dicitur. Et ideo pactum quod subiicitur, negari non potest factum, post contractum absolutum: vnde male dicit Iac. & hoc aptius ostenditur in contractu qui re contrahitur: vt si mutuo tibi centum: nam ipsa numeratione mutuum perficitur: ergo contractus absoluitur, & tamen nõ est dubiũ pactum vestiri posse cohærentia talis contractus.

Modo redeo ad primum quod dicunt: & dico Pet. & Iac. male dicere: nam si ante contractum fiat, & absoluatur, pactum nudum nascitur: ergo vestitur cohærentia postea incontinenti facti contractus. Idem euidenter apparet, si fiat inter media contractus pactum. Idem dico & si post fiat, nam nudum nascitur, licet immediate vestiatur. Vnde occurrit hic consideratio de puncto de quo in multis partibus. Et quod nudum nascatur probo sic. Quorum natura est

27 vt nuda sint, nuda nascuntur: natura enim sola * operatur in generando: accidens in vestiendo, vt hic patet ad sensum: sed natura conuentionum innominatarum, non habentium solennitatem est, vt nudæ sint: ergo nudas eas natura producit: contractus autem qui cohæret, ex accidenti vestit.

Item quæro cohærentia contractus cur vestiat pactum in contractibus, vltro citroq; obligatoriis? planum est quod vtriq; vestiat: sed in aliis videtur dicendum, quod ei pactum vestiatur, pro quo cõtractus interponitur: sicut dicimus in pacto, quod vestitur rei interuentu: quod implenti tantum vestitur, *vt l. iurisgentium §. 1. & l. si certis annis. & l. ex placito.* Pro hoc facit ꝙ notatur *C. de pact. l. petens, in 1. q. glo.*

In

In contrarium videtur, quod tale pactum non vestiatur nec det actionem ei cuius gratia primus contractus celebratur, sed alteri faciat oriri actionem:& est ratio, quod tunc pactum facit oriri actionem, quando habita relatione pacti ad contractum resultat, contractus innominatus,& non aliter, vt no. Iac.& Pet. *C.eod. in l.bona fidei.* sed iste contractus, non potest resultare nisi diuersis aliquid quæratur: nam ex do,& do, vel facio & facio, non potest resultare contractus innominatus: sed ex eo quod ego do & tu facis: vel contrario, vel similiter: hoc ipsi probant ratione tali, vbi habet locū alia actio, ibi non competit præscriptis verbis, *vt l.quoties.de præscrip.verbo.* ergo habet locum informata, non deberet dari præscriptis verbis: tamen quia ex alio fonte oritur, scilicet ex innominato tacito contractu, concurrit secundum eos. Istæ sunt truffæ. Et ad hoc ostendendum, ego induco primo rationem talem: ad hoc vt contractus innominati fiant: † necesse est quod datio vel factum habeat semper modum 28 causæ, ad alteram dationem vel factum. *vt supra* plene probauimus. Item inter causam & causatum debet esse proportio & adæquatio, vt not *C.de colla l.si donatione ff.de castren.pecu.l.si forte C.de inof.test.l.vnde si parens & arg.quod no.ff.de superficie.l.1.§.1.in glos.ex conducto.* Aduerte ergo quid sequeretur, secundum Vltramontanos, si non esset proportio & adæquatio inter id quod deuenit in primo contractu, & id quod deuenit in pacto: quod non haberet se pactum ad contractum per modum causæ,& è contrario non resultante prædicto contractu innominato, non oriretur præscriptis verbis, quod est falsum. Præterea ex eodem facto non oritur duplex vniformis actio, sed vna, quod vna numero est materia, vnde si promisisti mihi decem, non habeo nisi vnam actionem, ergo ex vno pacto, non oritur duplex præscrip.verb. At secundum Vltramon. oriretur vna ex pacto. vt dicit *text.in l.in bona fidei.* alia ex contractu resultante, quod est absurdum. Præterea quid est dicere, quod ideo nascatur præscriptis verb. quod resultat contractus innominatus, alter ex tribus, cum non solum ex illis: sed ex omni innominato nascatur,& omne pactum stans in suo nomine est contractus innominatus: † ergo ex omni nascitur. 29 Præterea contra Vltramont. sunt expresse casus legum *C.de iure do.l. auia. C.de rei vx.act.l.vn.§. accedit*: Nam quando id agitur, vt reddatur idem, quod datur: nō est contractus innominatus aliquis ex his qua-

tuor: & tamen oritur præscrip. verb. vt dictis *ll. & C. de pact. inter emp. l. 2. & ff. de præscrip. verb. l. si vir uxo.* Cum enim do tibi rem, & paciscor vt reddas in certum casum, non ideo do vt reddas: sed do & reddas.

Ex his breuiter dico, quod in q. præmissa siue pactum fiat pro eo, cuius gratia fit principalis contractus dico contractum informari, & pactum vestiri: siue fiat gratia alterius, dico pactum vestiri, casus est *C. de dona. l. legem. & in d. §. accedit.* non tamen dico actionem informari: quia non potest informari, nisi ei, cui nascitur: & ita intelligatur, quod not. in *d. l. petens.* Sed dices ista informata vnde nascitur? nam si ex pacto nascitur non oriretur inde etiam præscript. verb. *vt l. quoties.* Item esse stricti iuris non bonæ fidei, quod *glos.* dixit in *§. quinimo, & in l. pacta quæ contra solut.* dico quod non nascitur ex pacto: sed ex quadam forma quæ habita relatione pacti, & contractus superadditur contractui, vt plus contineat, quæ forma non mutat speciem actionis, quod apparet: quod nomen actionis, non mutatur, sed adijcit simpliciter qualitatem, & ideo male dicunt *glos.* quod talis
30 actio informata, non est bonæ fidei: qualitatis adiectio † non mutat actionem, nec eius naturam, sed alterat, *vt ff. de noxa. l. in delictis. §. si detracta.* & contra gloss. est expresse casus *l. Cod. de pactis inter emptor, l. 2. in fin.* vbi dicit quod à die moræ veniunt fructus quod proprium est actionem bonæ fidei, & istud placet Guli. *in §. quinimo, per d. l. 2.* & bene. Et ex his est responsum ad *l. quoties*: vel dic, quod ideo præscript. verb. concurrit cum informata: quia plus continet actio informata, quam contineat præscript. verb. re & priuilegio, licet de hoc non multum curem, per ea quæ not. *ff. de leg. 1. l. si creditori*: & aduerte rationem quare præscriptis verbis non competit vbi alia competit quia si alia competit contractus est nominatus: sed actio præscriptis verbis, non habet locum nisi in innominatis, *vt l. iuris gentium, §. 1. & l. 1. ff. de præscrip. verb. & per totum*: sed videtur lex expressa in contrarium *ff. de contrahen. empt. l. si mihi bibliothecam.* vbi si vendo tibi sub conditione armarium, conditione impleta possum agere contra te præscriptis verbis, & ex vendito: & tamen quis innominatus contractus est ibi: immo solum modo contractus nominatus est ibi sub conditione conceptus & qui purificatur, existentiam conditionis: quomodo

quomodo ergo ibi actio præſcriptis verbis competit, neſcio: ſed forte intelligo, quod agatur ibi præſcriptis verbis, ad hoc vt impleatur conditio, quæ conſiſtebat ibi ex poteſtate temporis. Expedit enim agenti, vt vere impleatur: quod facilius poterit docere conditionem extitiſſe, & agere ex vendito. Item quod & alibi, qui per fictionem admittitur, agendo conſequitur, vt ſine fictione aliqua admittatur, *vt not. ff. ad Treb. l. Iulianum. §.* non ergo dico ibi agi vt impleatur venditio actione præſcriptis verbis, licet *gloſ.* dicat & male: ſed dico ex tacito pacto, agi præſcriptis verbis, vt impleatur conditio. & ſecundum veritatem purificetur emptio. Cum enim emis ſub conditione, quæ poteſt per te impleri alio volente: vt videris conuenire, quod conditionem implebis, vnde cogeris: diuerſum dicerem in conditione quæ non eſſet mixta, ſed mere poteſtatiua, & ratio eſt quod hic ponis conditionem in poteſtate tua, ſupra in poteſta te alterius ex contrahentibus eſt poſita: nam ad illam implendam non cogitur: ſed ſtatim quod non implet, cum poteſt, deficit, *arg. ff. de condi. & demon. l. hac conditio. el. 2. vel ibi in legatis*: ſed in contractibus non lucratiuis ſerua quod obijcitur in hæreditatibus, *ff. de haredi. inſti. l. ſi quis ita inſtituatur. arg. ad hoc. ff. mand. l. ſi hareditatem.* vel dic. aut defectus conditionis afferret damnum aut impediret lucrum quod ſatis dici poteſt.

Item quæro nunquid cohærentia † omnis contractus veſtiat pactum? Reſpondeo, aut talis contractus præcedit qui parit actionem, & tunc veſtit pactum, idem ſi parere poſſit, *vt ff. de peri. & commo. rei vend. leg. ſi in venditione.* & not. *in leg. petens.* ſecus ſi non pariat actionem &c. *vt l. ſi pacto quo pœnam*: nemo enim dat, quod non habet: vnde illud quod eſt nudum, quomodo poteſt dare alij veſtem? 31

Sed ego quæro quid de pacto nudo, quod parit actionem iure ſingulari, vt in *l. ſi quis argentum*? Reſpondeo, non puto aliud pactum nudum ab eo veſtiri, vt arg. *ff. de manum. teſt. l. ita ſcriptum.* & not. *in l pacta. de contrahen. empt. ibi, ſed hoc exemplum, &c.*

Item quæro quid de ſtipulatione pœnali, vtrum veſtiat præcedens pactum nudum, Reſpondeo, non, *vt l. ſi pacto quo pœnam, & l. nuda. & not. in l. petens. & ar. de vulg. ſubſti. l. ex pupillari. cum ſimi.*. Hic dicunt Dd. quod pactum nudum principale, non veſtitur cohærentia ſtipulationis,

tionis,sed rei interuentu contra stipulatorem vestitur pactum implenti,& sic rei inuentu:quod locum habet in contractu primo nudo,vltro citroq; obligatorio, & innominato, alias non est quid vestiatur si promitto tibi decem sub pœna,licet pœnam præstem,nihil inde quæro nisi liberationem: sed si nudo pacto tecum permutaui, sub pœna præstando pœnam, videor rem præstare, & ideo mihi impleo conuentionem,secundum *Guli.& Iacob.Butr.in l.petens.*

Item quæro præcedit contractus vestitus, & sequuntur duo pacta nuda,vtrum ambo vestiantur?& videtur,vltimum non vestiri: quia non cohæret conuentioni vestitæ, arg.sit quod dicitur,*ff.d.aqua.plu. arcen.l.si prius.in fin. & ff.de serui.l.seruitutes.§.publico. & ff. de serui.rusti. prædio.l.qui sella §.in rusticis.*Sed contra dico secundum Guli.*vt ipse no. in §.quinimo.*& est *tex.& glos.ff.si cer.peta.l.lecta.*& ibi dixi, dici enim potest,quod vnus contractus vestiat mille pacta,quod omnia cohærere videntur,maxime si vnitas sermonis omnia pacta copulet.*arg.ff.de adul.l.quod ait.in fin.& de acquir.hære.l illud.cum si.*

32 Potest etiam dici quod pactum † immediate cohærens, vestitum vestiat cætera pacta.*arg.ff.de acquir.rerum domi. l. si epistolam.§. Paulus. secundum eundem Guli.* quod non placet: quia iure alieno pactum vestitur,vnde debilius vestimentum est,quam si iure suo haberet. *argu. ff.de fideicommiss.liber.l.si filius.§.erit,& ff.de Legat. 2.l.si anguste & l. iudex. de re iudic.cum simi.*

Item quæro,præcedit pactio nuda,sequitur pœnalis stipulatio, & postea pactum nudum an vestiatur à stipulatione pœnali? Respondeo,aut secundum pactum pendit à principali,aut à pœnali, vt tunc tantum vestiatur.

Item quæro stipulatur filius vel seruus,num pater apponendo pactum,iuxta illum contractum sibi vestiat pactum? & non puto pactum vestiri nisi contrahenti.*arg.ff. de adi.lega.l.legatum nulli.*

Item quæro, quid si procurator contrahat, an cohærentia talis contractus, vestiat pactum, quod dominus interponit, certum est enim dominum pacisci posse,vt *ff.de pact.l.si cum emptione.*cogitabis in his quæstionibus,& in similibus.

Nunc videamus an aliter pacta vestiantur, & dicunt Azo, & Accur.quod sic, scilicet re, verbis & consensu: truffa est: quia vbi conbitur,re verbis, vel consensu,pactum transit in speciale nomen, vnde non

de non potest dici vestitum, quod non potest esse nudum, non ergo appellabo tales contractus, nudos neq; vestitos: sed simpliciter, *vt ff. de pact. l. iurisgentium in prin.*

Item dicunt legalis auxilio pactum † vestiri in donatione quæ 33
perficitur nudo pacto, *vt l. si quis argentum*, quod examinemus, & videtur q; istud non sit verum: nam si hoc est, sequitur quod nudũ pactum factum sine causa, cum videatur esse factum ex causa donationis, *l. Campanus. de ope. libe.* pariat actionem. per *d. l. si quis argentum*, & tum demum non pariat, quando causa per errorem est expressa, vel est expressa alia à causa donationis, vt promitto tibi decem nudo pacto, ideo quod me sic damnauit testator meus, vt similiter Guil. dicit *in §. sed cum nulla.* quod *l. si quis argentum* : non habet locum, nisi quando promittitur ab eo, qui donat dari vel quasi, non autem vbi promittitur fieri & hoc ipse probat, quod *§. alia Instit. de donat.* dicit quod donatio perficitur sicut emptio: sed emptio non perficitur, nec consistit in facto: sed locatio, ergo non potest ibi perfici donatio nudo consensu, ad similitudinem emptionis, ex quo factum in emptione non cadit, Ista ratio non placet mihi, quia gratia exempli poni tibi de venditione dicendo, sicut venditio perficitur nudo consensu: ita & donatio, & ideo mihi videtur sic distinguendum; aut in donatione deducitur tale factum quod consueuit locari, & tunc idem quod in dandis dico vt perficiatur donatio nudo consensu: perficiatur dico ad instar locationis, *vt d. §. alia.* & ita intelligatur, quod habetur in *glos. ordi. ff. de dolo l. sicut mihi.* quæ est notabilis ad hoc: aut deducitur tale factum quod de sui natura non potest cadere in contractum qui perficiatur consensu: & tunc cadendo in donationem non perficitur consensu, *vt d §* & hæc dico in vera donatione: in præsumpta enim donatione nõ puto quod habeat locum *l. si quis argentum*: vnde in proposita quæst. & vbicunq; in promissione non exprimitur causa promissionis, siue in donatione præsumpta versetur dari siue fieri non puto locum habere *l. si quis argentum.* nec quantum ad id quod dicit de actione, nec quantum ad illud quod dicit de insinuatione.

Sed duo quæro. primo an omnis * promissio non habens causam, 34
videatur facta ex causa donationis? & videtur quod sic: quia promissio & solutio æquiparantur, *vt, C. ad l. falcid. l. fin. ff. de dona. l. si patronus. §. de illo*: sed solutio facta sine causa, videtur facta ex causa donationis

d *vt l.*

vt l.cuius per errorem, nisi constet factam animo dissoluendæ obligationis, *vt ff.de pig.act.§.qui reprobos.& ff.de solu.l.si cum aurum*:& pro hoc videtur lex expressa.*ff.de ope.liber.l.Campanus.* Sed ego dico considerandum, an merita præcesserint & conditiones personarum, vt not. *ff.si cert.peta.leg.cum quid.& ff.de mand.l.si vero non renumerandi.§. inde Papinianus.* & ita debet intelligi quod not. *ff. de except. doli. §. circa cum simil.* Nec obstat l.cuius per errorem:quia ibi fuit facta traditio, cum causa scienter expressa,& non vera, sed hic loquor, vbi nulla causa fuit expressa. Item dico considerandum, an sub conditione potestatiua concepta sit promissio. Nam tunc nunquam ex causa donationis facta videtur: sed ex causa quasi onerosa, nisi contrarium exprimat in contractu,ita intelligo *ff.iureiurand.l.si quis cum debitum, & ff. de verb. obliga.l.si ita stipulatus fuero te sisti in fin.& l.vtrum.in fin.* Idem & si sub quauis conditione stipulatus sum dum forte mea
35 intersit conditionem non existere: nam interesse existens est † sufficiens causa committendæ stipulationis:ita intelligo *ff.de ver.oblig.l.à Titio in fin.princ.cum simi.*

Secundo quæro,cum interesse succedat in obligatione si non fiat, cur facis differentiam inter obligationes dandi & faciendi? Respondeo, quod licet interesse in obligatione succedat, hæc obligatio non prouenit ab aliqua liberalitate quæ respiciat dari: cum etiam in obligationem dandi inuitis incidat hoc pacto: & quod donationes facti non ideo sint insinuandæ: quia dari possit subsequi: quod debet inspici principale quod est factum non datio. secundum Guil. *in d.§.sed cum nulla.alleg.in arg.ff.de stat.li.l.3.§.si quis seruum.& § seq.& ff. de dona.l.quis saxum.ff.de præscrip.ver.l.permisisti.*

Item quæro,cum glos.dicant pactum prædictum vestiri legis auxilio,an istud habeat locum in donatione causa mortis quæ fit nudo pacto?Respondeo sic,vt not.*ff.de leg.2.l.cum pater §.Mæuio.*

Item quæro,an habeat locum in donatione ob causam? Respondeo,aut datur ob causam præteritam aut ob merita, aut ob causam futuram implendam à donatario,aut ob aliquam causam, quæ respiciat donantem à metu mortis: in primo & vltimo casu diximus locum habere, sed in secundo casu, dicimus non esse contractum donationis,sed innominatum:vnde qui præuenit in implendo, pœnitere,& condicere potest,antequam per alium impleatur, *vt ff.de con-*

di.ob

di. ob cauſ. l. 3. donatio autem † perfecta reuocari non poteſt: è contrario poteſt donatio reuocari interdum: & tamen non iſta datio, ſi hinc inde contractus ſit impletus: nam donatio reuocatur ob ingratitudinem: ſed non iſta datio, *vt not. ff. de donat. l. Aquilius Regulus. & eo. tit. l. ſi pater. §. fin. ſecundum Guil.* Nec eſt neceſſe talem contractum inſinuari, *vt not. eo. tit. l. 1.* & tamen gloſ. alter innuit. *C. de condi. ob cauſ. l. 2.* & male ſecundum Guil. *in d. § ſed cum nulla.* vbi *gloſ.* dicit talem contractum eſſe contractum donationis. Ego dico quod illa gloſ. bene dicit: quia ibi expreſſe erat actum vt eſſet donatio vt apparet *ibi in text.* vnde ibi non eſt do vt des, ſed do vt dabis, & verba literæ illius vt creditoribus &c. ſunt verba legis, non contrahentium. Eſt ergo mirabiliter notabilis lex illa, in quantum dicit dari conditionem ob cauſam ſi non des. 36

Item quæro, an habeat locum *l. ſi quis argentum,* in ea donatione quæ morte confirmatur. Et dico quod ſic, vt ex nudo pacto actio detur: quia *gloſ. eſt ordi. in d. l. 2. C. de condi. ob cauſ.* dicit enim ibi ſecundum vnam lecturam primæ gloſ. quod donatum fuit ſimpliciter filio in poteſtate quæ donatio confirmatur per mortem vt *l. 2. C. de inoffi. do. & ibi plene not.* Alia *gloſ. eiuſdem l.* dicit quod talis donatio hodie conſenſu perficitur & ideo dicit eſſe contractum innominatum ad inſtar aliorum contractum qui conſenſu perficiuntur, & hoc eſt notatu dignum. Et per hoc dico quod licet olim non perficeretur donatio ſine ſtipulatione, vel traditione, nec inter patrem & filium, nec inter virum & vxorem. vt de donatione cauſa mortis, *leg. 2. & ff. de donation. inter virum & vxorem. leg. Papinianus & quod nota. Cod. de action. & obligat. leg. ſiquidem in fin. magna gloſ.* tamen hodie contra fit.

Item quæro, pactum liberatorium * non habens cauſam, ſemper videtur factum ex cauſa donationis. *vt l. tale pactum in princip. ff. eod. titu.* licet in pacto ad obligandum diſtinguatur. *vt ſupra.* Modo quæro, nunquid talis remiſſio cum videatur eſſe datio, *vt l. ſi mulier de cond. ob cau.* nudo pacto facta producat actionem ad non petendũ ex forma *d. l. ſi quis argentum?* dicit Guil. *in §. pactus ne peteret. in pen. quaſt.* & dicit quod *l. ſi quis argentum.* non habet locum in fictis donationibus, quod & *glo.* dicit *alibi,* ꝙ prior pars illius *l. ſi quis argentum.* in quantũ loquitur de inſinuatione non habet locũ in remiſſione, *ita no. ff. de regu. iur.* 37

iur. l. si quis obligatione. pro hoc quod transactio est remissio quædam & non eget insinuatione. In contrarium videtur: quod speciale videtur in remissione quæ fit apud acta & non eget insinuatione. *vt ff. de dona. l. quidam in iure.* & ratio specialitatis percipitur ex *glos. ordi. in auth. de non alienan. §. quia vero verisimile. coll. 2.* Præterea iam mille fraudes fierent; nam ego mutuarem tibi mille florenos, & in continenti te liberarem in fraudem legis, quod est absurdum. Mihi non placet distinctio inter liquidum & non liquidum, nam & non liquidum est tantum quantum vendi posset: sed dico quod aut pecunia erat destinata, & parata solutioni, cum debitor liberatur & opus sit insinuari, alias non: quod primo casu ipsa pecunia donata videtur: secundo non: sed liberatio sola, dubito.

38 Item quæro, † quæ actio oriatur ex donatione facta nudo pacto? Respondeo, condictio ex *l. si quis argentum*, quod ex noua lege obligatio ciuilis nascitur & per ius ciuile naturale coniungitur, erit ergo actio natiua, ex obligatione natiua & datiua, quod est notabile. licet nobis contradicat quod male. *no. ff. de actio. & oblig. l. naturales in princ. glos.* quomodo enim potest dici natiua condictio ex lege cum toties competat, quoties lex nouam obligationem causat: est ergo obligatio, quæ est materia ad actionem: ergo actio natiua, *vt ff. de pact. l. iurisgentium §. ideo puto.* Sed quod diximus, de condictione ex lege verum est donatario: sed donanti si aliquid pactus est, datur actio præscriptis verbis ad istud implendum. *C. de dona. l. legem. ff. de don. l. heredit. & quod. no. C. de don. quæ sub modo. l. perfect.* Itẽ datur cõdictio ob causam, ad repetendum ꝙ datũ est, *vt C. de cond. ob cau. l. 2.* sed vtrumq; falsum videtur nam nec præscriptis verbis habet locũ in contractib. innominatis, nec ob causam condictio *ff. de cond. ob. cau. l. fi.* sed donatio est hodie contractus nominatus, ergo &c. & ꝙ sit nominatus *no. in d. l fin. & d. l 2. de cond. ob cau. & ff. de dona. l. in ædibus. §. ex rebus, secundum Guil. Glos.* dicunt prædictã regulam fallere in donatione, ego dico ꝙ hic actio non oritur ex donatione, scilicet præscriptis verbis sed ex pacto, vnde in ea non obstat contrar. Item condictio ob causam oritur ex eo quod tacite agitur, *vt l. si is qui. §. si libero,* sed in ista obligatione contra: ꝙ illud ꝙ per contractum nominatum peruenit ad aliquem non potest condici, per condictionẽ ob causam, *vt l. fin.* Quid dices, potest di-
37 ci ꝙ donatio etiam hodie sit contractus innominatus: ꝙ † nominati contractus

contractus, sunt illi qui iuxta nomen suum, & contrahentium formant contrahentibus actionem, vt *no. ff. de actio. & oblig. l. consensu*, & ideo permutatio non est contractus nominatus, *vt no. per Gul. in l. iurisgentium, in prin.* & bene: sed donatio nõ format aliquam actionem à nomine suo: ergo &c. Nec obstat quod perficiatur consensu: quod non per hoc sequitur, quod sit nominatus, licet olim nullus contractus perficeretur consensu, qui non esset nominatus *vt d. l. iurisgentium*, & hoc satis Iac. But. placet.

Item quæritur vnde venit hoc quod datum ex contractu innominato condicitur, si ex altera parte non impleatur, & secus dicitur in contractibus nominatis ex quibus solutum repeti non potest vt *d. l. fina*. Respondeo, in contractibus nominatis ex ipso contractu oritur actio, & multo fortius retentio: at in innominatis implenti tantum oritur actio, *vt l. ex placito*, & tunc cum implet: hoc fallit in transactione, *l. quamuis. C. de transact.* & facit pro his quod *not. C. de act. & oblig. l. sicut.* Item in transactione interdum vt *C. de transact. l. vbi pactum, vt not. ff. de pact. l. in traditionibus, & l. iurisgentium in prin.* & similiter eidem tantum oritur ius retinendi: ergo si non implet competit repetitio & quidem per condictionem, ob causam quod ob causam datum est, sicuti condiceretur per condictionem sine causa vbi ob causam præteritam vel falsam vel redeuntem ad nullam, vel ob causam futuram non impletam datur: & sic interdum cum condictione indebiti, interdum cum condictione ob causam concurrit, vt *l. 1. ff. de condi. sine causa.*

Item quæro, cum * dixerim donationem esse contractum innominatum, an si dono tibi Stichum, & paciscor vadas Romam, possis agere ad Stichum antequam vadas Romam? & videtur quod non, vt *l. ex placito*, & quia si ante agere posses multo fortius posses retinere: & sic non esset locus cõdictioni ob causam: potest dici non esse propria donatio: quod non mera exercetur liberalitas, *ff. de dona. l.* 1. tamen impropriè dicitur donatio, *vt no. in d. l. 2. de condi. ob cau.* & *supra* dixi, quod sic concepta videtur do & dabis, vt facio & dabis, vel similiter, non sic concipitur do vt des: quia licet esset expressum quod esset donatio: tamen non esset donatio cum conuentio repugnet donationi. *argum. ff. loca. l. si vno. § sed & si verbo, & in d. l. fi. ff. de condi. ob cau. de donat. l. vbi cum simili.* simpliciter enim non datur ob causam, 40

sed certa lege, & sub certo onere datur, vt aliquid impleatur: & quod magnam vicinitatem habet, cum do vt des, vel do vt facias, vel simili, procedit quod dixi de natiuitate actionis quod est notandum.

41 Item quæro nunquid * cōdictio detur ad possessionem? Respondeo, aut negotium fuit gestum super possessione: & tunc non video cur possessio non possit condici, sicut & ad eam quælibet personalis actio dari potest, vt *ff. quod met. cau. l. si mulier. §. qui possessionem, & ff. de verb. oblig. l. nemo rem suam*: aut negotium fuit gestum, super eo quod concernit proprietatem, vt quod debere existimans proprietatem tibi, eam rem tibi trado: & tunc condictio locum habet in eo, qui dominus est, quod nemo rem suam condicit, præterquam à fure: sed in eo qui dominus non erat, non repugnat iuris regula, & ideo condictio datur ad possessionem, vt *ff. de condi. inde. l. indebiti. §. si nummi*. Sed quid est quod dicitur in *l. vlt. ff. vsufruc. quemad. cau.* quod à solo fure dominus condicit: nam aut dices quod condicat possessionem, & tunc istud fit etiam à non fure, vt probatū est: aut dices quod condicat dominium, & hoc procedere non potest, vt petat sibi dari qui dominus est cum dari sibi non possit, vt *Instit. de actio. §. sic itaque*. Respondeo, condictio furtiua potest considerari respectu sui: item respectu pœnæ dupli vel quadrupli: in condictione furtiua, respectu sui non venit nisi possessio: sed respectu pœnæ dominium venire videtur: nam eius æstimatio duplatur vel quadruplatur, non æstimatio possessionis, in hoc ergo est speciale in condictione furtiua, vt detur domino: quod in simplo, quod venit multiplicandum consideretur dominium nō possessio, vel potest dici quod in hoc est speciale, in condictione furtiua, vt detur domino ex eo quod dominus est, & non aliter quod non contingit in aliis.

42 Item quæro, an alibi * vestiatur pactum nudum legis auxilio? gl. dicunt vestiri iureiurando in casu scilicet de quo habetur in *l. vt ius iuran. de ope. liber. & in l. fin. ff. de libe. cau.* Item in alio scilicet in salario aduocati *l. 1. C. de suffra.* Item in salario procuratoris, *vt l. salarium ff. mand.* Item in alimentorum exhibitione, *l. inter socerum. §. conuenit. ff. de pecu. dota.* Item rei initio, *vt l. 1. §. cepisse, de pollicita, sed ibi in pollicitat.* Sed attende quod supradicta pacta, non vestiuntur in tribus vltimis casibus, vt pariant actionem: sed vt dari faciant vel condictionem, ex lege vel præscriptis verbis ad id, ad quod alia lege prodi-

tum

tum auxilium erat quoquo modo, vt in causa alimentorum de quibus diximus. Item in pignore pactum nudum ad pignus contrahendum videtur vestiri legis auxilio, cum nudum pactum pariat actionem hypothecariam, vt *ff.eo.l.si tibi §.de pignore.* & attende rationem: personalis obligatio diuiditur in naturalem, & ciuilem, & ideo solus consensus producit solam naturalem: sed obligatio rei non sic diuiditur: vnde vna est obligatio tātum, quæ cum sit vna necessario nudo consensu contrahitur. Sed dices cur non distrahitur ipso iure, sicut contrahitur? Respondeo, quod distractus hypothecæ respicit obligationem personæ ad non petendum, seu ad non agendum hypothecaria. vnde ordinatur ad exceptionem parandam. Conuentio ergo nō dissoluit hypothecam ipso iure: quod ad hoc vt sit exceptio
oportet quod sit actio: cum * exceptio sit actionis exclusio. Item in 43
constituta pecunia, vestitur pactum prætoris auxilio, *vt Insti.de act. §.de constituta.* Item in contractibus bonæfidei pactū nudum etiā ex interuallo appositum, videtur actionē parere, vt *ff.de contrah.empt.l. pacta conuenta.§.Paulus, & ff.de pact.l.iurisgentium.§.adeo.* In cōtrarium videtur, *C.de pact in bonafidei,* & *ff.de pac.l.iurisgentium,§.idem responsum scio.cum sim.* Sol breuiter dici debet, secundum quod dicit dominus Papinianus, Vlpianus, Pomponius, & Paulus: nam aut res nō est integra, & tūc pactum nudum nunquā potest inesse, sed exceptionem parit: aut res est integra: & tunc aut pactum innititur super naturalibus, vel accidentalibus cōtractibus: & non inest si fiat ex interuallo, quo ad agendum, sed quo ad excipiendū tantum: vnde si conuenerit ne cautio duplæ præstetur, valet pactum etiam agente venditore, vt si dicatur ei caueas, possit replicare de pacto, quod est notabile, vt pactum nudū pariat replicationē. Item si conuenerit, vt cū fideiussore cautio præstetur, sic pactū tendat ad augendū, adhuc valeat quo ad excipiendū, vt emptor conuentus ad preciū excipere possit vt sic caueatur: sed ad agendū non valet, *ff.de contrah. emp.l. pacta.conu.in prin.* Aut pactū initur super substantialib. contractus vt super precio, & tunc ꝙ tale pactum facit nouum contractū, & sic cadit in contractū
nominatum, parit actionē, vt *d.§.Paul.cum si.alleg.* Augmentū * ergo 44
& diminutio precii re integra faciunt videri nouū contractum, plus puto etiā si non difformis, sed consonans esset in re, & precio sequēs pactio, tamen facit vt à priore cōtractu recessum videatur, & nouus

contra-

contractus videatur initus. Nec obstat *arg. contra. ff. de condi. & demon. l. non ad ea*: quod dicit Guil. quod in contractibus qui pendent ex duorum consensu, non debet seruari illa distinctio, ita not. Guli. *in §. quinimo in fin.* vel dic. quod in l. non ad ea. fuerit non duplex pura dispositio: sed pura & conditionalis, *argu. ff. de excep. do. l. pure. in prin.* vnde non obstat. Plane in pactis ad dissoluendum serua. *ff. de accepti. l. fi. de rescin. vend. l. cum emptor. & infra eo. l. ab emptione*, scilicet in pacto quod distrahit, & non contrahit: sed *supra* in pacto quod distrahit, veterem ex eo quod nouum inducit ordinem: hæc bene notabis ad multa.

45 Nunc videamus, quæ* pacta sint in rem, & quæ sint in personam. Vlpianus dicit, quod aut in pactis persona eius, cui pactum quæritur additur, gratia demonstrationis, vt sciatur quis paciscatur: & tunc adiectio personæ, non faciat pactum esset personale, sed nihilominus sit in rem: aut persona adiicitur, non vt sciatur quis paciscatur: sed vt sciatur cui acquiratur, & tunc pactum sit personale, ita habetur *ff. eo l. iurisgentium §. pactorum, versic. vtrum.* Sed quomodo potero ego scire istud. Guli. ibi dicit, quod aut persona adiicitur circa ipsam obligationem seu pactum, vt promitto tibi quod non petam, & tunc pactum in rem conceptum videtur, allegat. in arg. sua iura. aut fit adiectio personæ, circa illud quod deducitur in obligatione, vt promitto, quod Stichum non petam à te, & tunc sit personale, vt *ff. de lib. lega. l. non solum. §. tale. ff. eo. l. qui in futurum. §. 1.* & ratio distinctionis, est secundum eum: quia primo casu de necessitate exprimitur persona circa ipsam obligationem, & ideo non videtur facta gratia restringendi, sed gratia designandi, secundo casu circa rem ipsam persona exprimitur, non de necessitate, vnde videtur expressa gratia restringendi, quæ verba sunt notanda, & hæc distinctio procedere videtur, in pacto liberatorio: sed in pacto obligatorio, si tale quid versatur in pacto, quod sit transmissibile ad heredem nunquam intelligam pactum personale, *vt ff. de prob. l. si pactum.* Itē quomodo cognoscam ego pactum mere personale, quod non competit nisi paciscenti, in vita sua, ab eo pacto personali, quod est personale, ideo quod non transeat ad heredes, transit tamen ad fideiussores in vita paciscentis? Respondeo, aut est actum expresse, vt non transeat ad fideiussorem, & tunc demum sit mere personale, aut nihil est actum & tunc sit personale

personali eo modo, vt hæredi non proficiat: fideiussori tamen proficit, ne si illi non prodesset, per indirectum etiam reus viuens conueniretur, istam distinctionem ponit *ff. de pact. l. & heredi. §. final. & leg. nisi.*

Nunc videamus * quæ pacta sint perpetua, & constat quod omnia quæ tempus præfinitum habent: sed quibus tempus præfinitur, interdum præfinitur gratia limitandæ liberationis, vt non competat post tempus & tunc ad diem, est tale pactum: aut gratia differendæ exceptionis, & tunc ex die est tale pactum, sicut dicimus in pacto ad obligandum *ff. de verb. obl. l. eum qui § qui ita. ff. manda. l. si tibi mandauero §. Paulus respondit.* Sed quomodo cognoscam ego qua ex causa dies sit appositus? respondeo aut appositum est tempus, per dictiones significantes liberationem ex die, & tunc dies adiectus est vere gratia differendi: vt si promittam tibi decem ... x vel à Paschate in antea, vel similiter ... liberem: aut dies adiectus est, per dictiones significantes promissionem ad diem: vt promitto tibi ad diem Paschatis decẽ, & tunc dies est vere adiectus gratia limitandi obligationẽ, vt non porrigatur vltra certum tempus. Istam distinctionem ponit *ff. de act. & oblig. l. fere §. 1. & §. placet*, sed vbi dies per verba ad diem, non adiicitur circa substãtiam obligationis: sed circa executionem, vt cum dico, promitto tibi dare ad Pascha: tunc dico quod talia verba possunt significare & significant vt potestas obligati circa executionem sit ad diem, vt sic interim non petatur, & ille libertatem soluendi habeat, postea vero non duret eius arbitrium in soluendo sed possit inuitus cogi. & ita loquitur *d. §. Paulus*, & est ratio: quod ex die, vel ad diem fit illud, cui dies adiicitur, vnde si obligationi adiicitur, & iure actoris, ipsum ius redditur ex die, vel ad diem: sed si facultati solutionis, & solutionis ipsa facultas sic redditur ex die vel ad diem, & vbi ipsa ad diem est, obligationem efficit ex die, vt dictum est *per § Paulus*, hoc verum est in his obligationibus, quæ diem nõ habent ex natura sua: in his quæ habent diem solutionis, vt in obligationib. annuis, adiectũ tempus, semper pro reo videbitur, & obligatio esse ad diem constituta, vt *d. §. qui ita*: nam * aliud nõ potest diei adiectio 47
operari, nisi adiiceretur singulis præstationibus, nõ toti dispositioni: tunc enim idem dico quod in vna obligatione, & quæ dissoluitur vnica præstatione, *ff. quando dies leg. ce. l. nec semel §. si in habitatione*, & *l.*

e *Firmio,*

Firmio. §. pater. Quod dico in pluribus præstationibus dandi, idem dico in pluribus præstationibus faciendi vel non faciendi diurnis, vt ecce si lego tibi seruitutem, vnica patientia non liberat heredem, *vt not. ff. de verb. oblig l. pluribus. §. & si placet & C. de vsufr. l. corruptionem*, ergo ad plures patiẽtias successiuas & sic ad plura facta tenetur successiue, vnde tempus proprium inest, ergo idem est quod in annuo relicto, & hoc probatur in *d. l. eum qui. §. qui ita in fi.* quæ notanda sunt, & facit *Insti. de verb. oblig. §. omnis, & quod ibi no.*

NVNC VIDEAMVS QVALITER PACTA CONTRAHANTVR. Respondeo pacta quæ transeunt in nomen contractus certum est qualiter contrahentur: quia vel consensu, vt emptio, & locatio: vel verbis, vt stipulatio: vel re, vt mutuum naturale: vel literis vt mutuum ciuile, licet enim in his omnibus, consensus requiratur: tamen vbi aliud plurimum potest, ab eo denominatur, *arg. ff. de statu homi. l. quæritur:* ea vero quæ in speciale nomen non transeunt, sic contrahuntur inter præsentes, promitto tibi decem, & tu consentis: inter absentes vero per nuncium vel epistolam. Sed inter eos qui loqui non possunt, ratione vitii vel morbi, vt puta ob mutitatem, consensu nudo partium initur, & deprehenditur consensus in muto cum ad interrogata annuit, vt *ff. ad Treb. l. qui ita. §. si pupillo.* Probamus autem hæc quæ dicimus per *glo.* quæ est in *l. iurisgentium §. igitur nuda, & l. Labeo in prin. & l. item quia 2. responso & l. emptor. §. Lucius cum si.* Pollicitatio † autem cõtrahitur, quando duorum consensus

48 non concurrit in idem tempus vt *ff. de polli. l. pactum.* Illud est notandum quod cum in nudis pactis consensus prædominetur, illud pactum dicetur expressum, quod habet consensum expressum, & illud dicetur tacitum quod habet consensum præsumptum: nec curo quomodo consensus sit expressus, vtrum verbis an facto: vnde pactum quod nutu contrahitur expressum est non tacitum, *arg. ff. si cer. peta. l. certum & ita no. in d. l. item quod.*

Quæro sum stipulatus a te hoc acto, quod istud sit pactum nudum: quæritur an nudum sit pactum, an stipulatio, *gl. in d. vers. igitur nuda*, dicit esse pactum nudum, *per §. quod fere in ea. l. Pet.* dicit quod cum stipulari sit facti, partium constitutione & velle mutari non potest, vt ipse no. *in l. legem. C. eo.* Ego dico quod hic est pactum & stipulatio, scilicet stipulatio præcedens & pactum sequens, quod de-

trahit

trahit effectui stipulationis, & ita intelligo §. *quod fere*, & hoc verum quando verba sequentia sunt apta ad pactum, sed si ad pactum sunt inepta, vt quod non proferuntur ad constituẽdum, sed ad interpretandum animum stipulantis: verbi gratia, tu interrogasti me, & ego spospõdi hoc adiecto quod erat intentionis meæ, tibi obligare non per stipulationem: sed per pactum nudum: hic dico quod vnus tantum est contractus scilicet pacti nudi, vt *in d. §. quod fere*, & ita *glo.* loquitur, & bene licet Vltram. non habeant aliam beatitudinem, nisi in reprobando glo.

Sed * ego quæro de effectu pacti, iuxta prædictam stipulationem appositi, licet enim satis dixerimus supra de effectu pacti, quod apponitur iuxta contractum: tamen illud diximus in pacto quod continet dari vel fieri: sed in eo quod continet, aliquid ad impugnationem contractus non diximus: sed modo dicemus, quod aut tale pactum scilicet quod illa stipulatio habeat vim nudi pacti sit incontinenti, & tunc inest istud pactum stipulationi nõ vt informet, sed vt ciuilem perimat ipso iure, ac si ab initio esset actum quod illa talis ordinata sponsio non sit stipulatio, sed pactum nudum: & vtor arg. conditionis per pactum subiectę stipulationi: nam si sit incontinẽti, quod inest ipso iure tollit ad tempus, *vt l. lecta. §. dicebam. & ib. not.* aut fit ex interuallo: & tũc ciuilem elidit, quod sic ordinatur, nec alium effectum habet, cum non insit stipulationi, *vt d. §. dicebam*, illud ego non dico, quod aliquo casu tale pactum vestiatur: quod non curo de hoc, sed curo an insit. 49

Item quæro, stipulatio est inutilis, an † sit pactum nudum? Respondeo, si est peruersus ordo formalis & substantialis: vt quod responsio præcessit interrogationem: hic nõ potest dici, vllam esse stipulationem: quod cessante forma stipulationis, cessat stipulatio: erit ergo istud pactum nudum vt *supra* probaui, sed si ordo seruatus est: tamen alias est inutilis, tunc aut agebatur vt esset stipulatio, & nõ valebit aliquo modo *l. 1. §. non tantum ff. de verb. oblig.* aut nihil est actum & tunc valebit vt pactum, vt probatur ex coniunctione ll. *ff. de pact. l. Labeo, coniuncta l. quidam ita. §. si pupillo, ff. ad Trebell.* pro hoc induco simile, de acceptilatione *ff. de acceptilat. l. an vtilis, & ff. eod. l. si vnus, §. si acceptil.* nam si libero te dicendo per acceptilationem, quod agitur vt sit acceptilatio, nõ valet vt pactum nisi in eo cõsensum sit, 50

vt *ibi* apte dicitur: tamen attende quod in acceptilatione tacite videtur cōsensum vt valeat iure pacti, si peccatur in materia quod materia super qua acceptilatio interponitur, nō potest sine nouatione mutari ex potestate contrahentiū, & ideo non est quod dicatur eis, quod non habuerint animum paciscendi, cum non potuerint plus, sed si peccatur in forma, quod formæ obseruatio pendet à contrahentibus, non videntur habere animum distrahendi, si formā non seruant quam eius generis distractus vel cōtractus requirit. *ff. de reg. iur. l. actus legitimi. de act. & obl. l. non solum, & facit. ff. de constit pecu. l. 1. §. cum qui. & quod ibi no.*

51 *DE PRÆSVMPTIONE* † *PACTORVM* aliqua attingamus. Si reddo tibi chirographum, quo te mihi obligatum probare possum: licet etiam testes habeam, videor tecum pacisci ne petā debitum: ergo est pactum præsumptum: sed si pignus tibi reddam, hypotheca distrahitur: tibi autem ab obligatione personali non contingit liberatio, vt *ff. de pact. l. Labeo, §. sed etiā, & l. postquam*: & est ratio differentiæ quod instrumentum continet ius debiti, sed nō pignus, vnde cedendo tibi instrumentum, & id quod continet cedo, & inde liberaris, quod in literarum obligatione indubitāter dici potest secundum Mar. & bene, vt *ff de leg. 1. l. seruum filii. §. eum, & de leg. 3. l. qui chirographum. C. de remiss. pig. l. creditricem, & ff de libe. lega. l. 3. cum sim.* Alii, dicunt, quod reddito chirographo, quod nullam haberet vtilitatem, nisi pactum præsumeretur, ideo videatur pactum interuenisse: sed remissio pignoris operatur in seipsa: quod hypothecā distrahit: in principali autem obligatione ideo non operatur, quod principalem obligationem non contingit, nec consecutiue dicitur remoueri principalem ad remotione accessoriæ, vt *d. ll.* comprobatur, & adhuc isti bene dicunt, & eadem est hæc cum opinione Mar. vere intelligendo.

Sed nos quærimus, de aliquibus habeo duo instrumenta, eiusdem debiti: quod esse potest: vt *C. de noua. l. si. ff. de test. l. vnum, de secun. Tabell. l. 1. §. si in duobus, de leg. 2. l. Sempronius Proculo. C. de discussor. l. ne casu, cum simil.* modo reddo vnum debitori, volo agere quasi non sit dissoluta obligatio, propter retentionē alterius instrumenti an possim? Respondeo, non: quod redditio instrumenti non haberet vtili-
52 tatem, secundum Gul. *in d. l. postquam.* Item † quod tantum valet vna scriptura,

scriptura, quantum ambæ, vt *d.§. si in duobus.* maxime fauore liberationis. Item pro hoc inducit Guli. *arg. auth.* [illegible] *luceat mat. & auth. §. ad hoc & C. de diuer. rescrip. l. 1.* quæ male faciunt: quod expressum & tacitum ibi tendunt ad idem, hic rete [illegible] tendit ad oppositum redditi, & vna præsumptio tollit aliam, *ff. ad Syllan. l. & si percussor. de ritu nup. l. non solum §. de vno. ff. de quæstio l. extraneo. §. 1. arg. & not. ff. quod me. caus. l. fin.* & ideo tu dices, idem quod Guli. sed alia ratione: quod instrumentum debet habere testes, & tamen licet sit probatio per testes reddito instrumento debitum euanescit ꝓpter præsumptionē pacti.

Item quærit Guli. si in vno instrumento continentur duo rei, & vni redditur instrumentum, an videatur liberatus vterq; ? [illegible] dicit quod non: sed duo dicit operari redditionem instrumenti: quod liberatur is cui redditur, & sibi contra conreum videtur actio cessa, allegat pro casu *l. valde not. ad hoc. ff. de lib. l. si is qui duos.* diuersum si non essent conrei, nam nec alter liberaretur, nec contra eum videretur actio cessa.

Item quærit si debitor postquam reddit illud instrumentum videatur se reposuisse in pristinam obligationem? & arg. quod non: quod vtilitatem aliam habeat creditor, de qua dicit *ff. de fur. l. fullo vel sar. in fin.* certe quod ibi dicit habet locum, quando soluitur creditori, non quando creditor remittit, & ideo dicit quod videtur se reposuisse in obligationem. *arg. ff. man l. si vero non renumerandi, §. idem Papinia. de cond. inde. l. si non sortem. §. libertus. de peti. hæred. l. sed & si lege §. consuluit.* melius facit *ff. de fideius. l. si testamento. §. 1.* mihi videtur contrarium, cum ex instrumento nihil probari possit: nam si se obligaret, alius esset dies, & consul obligationis, quam conditi instrumenti: vnde cum † instrumentum non contineat, quod non probat quod petitur, redditio eius nihil operatur. Credo enim quod istud præsumptum pactum, quod re, id est instrumenti datione debitori contrahitur, omnem obligationem tollat, licet quod verbo fit non tollat nisi naturalem, sic alibi plus possumus re quam verbo, *vt C. de testa. l. nostram. & ff. de his quæ in test. delen. l. prima.* semper ergo attende quid contineat instrumentum, vt ab eo tantū recessisse videatur: & ideo si instrumentum hypothecæ tibi reddo, non liberaris à debito, *vt supra* probauimus. Et Guliel. placet, si debitor pasciscatur ne à fideiussore petatur, pactus videtur ne à se petatur. 53

Item quæro, si apud debitorem reperitur instrumentum cancellatum, an præsumatur sibi traditum à creditore: glos. distinguunt conditionem personarũ debitoris & creditoris, an creditor sit homo largus, vel nimium auarus ita quod non præsumatur remisisse, *vt ff. de proba. l. cum de indebito.* & an quantitas sit magna vel parua: & an debitor malę conditionis: & an meruit hanc liberalitatem in eum exerceri, vt hoc no. *in d. l. postquam* istud ego dico verum: quando penes debitorem reperitur chirographũ, quod retinuerat sibi creditor: sed si penes eum reperiretur chirographum iam in iudicium deductum & effectum, pars actorum non sibi prodesset istud: quod præsumeretur sibi subtraxisse: imo quod præsumeretur ex necessitate editionis habuisse secundum formam *l. C. de eden.* is apud quem, quod delictum non præsumitur *vt l. quoties. §. quo doli. de proba.* hæc vera sunt regulariter: sed in causa fisci, pupilli vel ecclesiæ contra seruatur: nam subtraxisse præsumitur ille qui instrumenta eorum penes se habet, non exhibens, nec reddens eis, quod est not. *ff. de iur. fisc. l. 2. §. 1.*

Sed ego quæro, an eo casu quo præsumitur debitor habere à creditore proficiat ei contra conreum secundum formam *l. si is qui duos, ff. de libe. leg.* Respondeo, duplex præsumptio non videtur cadere, scilicet cessionis & liberationis. *argu. C. de dot. promis. l. 1.* pro hoc facit *d. l.*
14 *2. §. 1. ver. 1. de iure fisc.* contra dico: quod duplex præsumptio † quæ arctatur iure communi bene potest cadere super eadem re, sed non duplex fictio, de iure speciali, nisi non veniant ab eodem fonte fauoris, vel non sint ambæ pariter principales, sed vna genus alia eius indiuiduum, & hæc latius declarabo *infra.*

Si debitor paciscatur, ne à fideiussore petatur, pactus videtur ne à se petatur, & ideo si conueniatur, vtitur exceptione pacti, quo ad fideiussori competit, *vt ff. de pact. l. si vnus. §. cum reo*: sed duo videntur obstare, vel tria. Primo, quod per liberam personam non quæritur nobis. Secundo, quod quęcunq; gerimus, ad alium pertinere nõ possunt, nisi per nostram personam: ergo oportet, vt per nostram personam principaliter initium sumant, non consecutiue ad alterum. *ff. de act. & oblig. l. quæcunq; gerimus.* Tertio quod licet paciscendo fideiussori, nobis prouideamus, verum est vt à fideiussore non conueniamur actione mandati: tollendo enim obligationem fideiussoriam tollimus & istam actionem. tamen ne directa via conueniamur à credito-

re non

re non video cur pacti videamur *arg. ff. de pact. l. fideiussoris.* Solu. ad primum: speciale est in pluribus obligatis ad idem, vt pactum vnius ad liberandum prosit alteri, *vt no. ff. de pact. l. idem in duobus §. fin.* Item ad secundum dico, quod hoc pactum principaliter sumit initium, in nostra persona: nam pacti videmur, ne à nobis petatur: cum aliter valere non possit pactio, ergo est speciale vt persona intelligatur contra § *Chrysogonus.* scilicet quod aliter valere non posset pactio. Ad tertium dico quod significatio verborum † pacti non dat exceptionem 55 reo: sed pactum quod de necessitate præsumitur, ad hoc vt stipulatio non sit inutilis, *arg. ff. de acqui. hæred. l. illud.* Sed certe istæ duo solutiones posteriores videntur esse contra primam & contra *d. l. idem in duobus §. fin.* & ideo dicas, quod tale pactum non dat reo exceptionem pacti: non obstat *§. si cum reo.* quod ibi non dicit aliquid de principali: sed solũ de fideiussore, quod intelligo sic: vt fideiussor habeat exceptionem doli, non pacti. *vt d. l. idem in duobus.* vel dic quod aliud est cum fideiussor stipulatur principali, vt *ibi*, quo casu non ideo dici potest stipulatus sibi vt proficiat reo, *vt ff. eod. l. fideiussores* & aliud est cum principalis stipulatur fideiussori tũc enim ideo sibi pactus videtur vt fideiussori proficiat, & acquirat exceptionem ex eo contractu, cum possit, non doli subsidariam, quod satis dici potest: licet priorem sententiam approbet glos. *in d. §. si cum reo.*

Si quis paciscatur sibi & Titio hæredi suo, præsumitur & cæteris hæredibus prospicere voluisse, etiamsi Titius non sit hæres, *vt ff. de pact. l. tale pactum §. fin.* sed si constet eum eius animi fuisse, vt tantum vni ex hæredibus prospicere voluerit, cæteris exceptio non proficit, *vt ff. de pact. dota. l. omnes.* Sed quomodo poterit cognosci hoc? Respondeo in pacto personali, quod persona alicuius † hæredis, non exprimitur ex abundanti, sed necessario, ei tantum prodest, *vt ff. de pact. leg. annua:* sed si pactum esset in rem conceptum, persona hæredis frustra exprimitur, & ideo omnibus prodest, *vt d. l. tale pactum in fin.* hoc in pactis ad excipiendum, sed pactum ad agendum necessario est in rem, quod obligationem ex eo nobis quærimus, & ideo necessario transit ad hæredes ipso iure, si id super quo interponitur transitorium erat, *ff. de verb. oblig. l. eum qui ita.* Quid tamen dicemus, si vnius hæredis tantum persona sit pacto comprehensa, an cæteris proderit pactum vel nocebit? Respondeo aut à parte stipulãtis sit talis expressio

aut

aut à parte promittentis: primo casu aut loquimur in obligationibus, quæ ll. 12 tab. diuidantur: aut loquimur in obligationibus faciendi, quæ non diuiduntur: primo casu persona hæredis frustra exprimitur, & ideo quasi ex abundanti expressa, non operatur aliquid: vnde etiam cæteris non competeret actio, nam soli nominato, competere non potest nisi pro parte hæreditaria, pro alijs enim partibus extraneus est, vnde testator sibi pacisci non potuit. Secũdo casu cum ratione minimæ particulæ hæreditariæ habeat ius pro solido & possit respicere nominatum, illum solum respicit: ita distinguit *ff. de verb. oblig. l. continuus. §. fin.* Idem puto, in his quæ non transeunt ad hæredem ex persona defuncti, vt si aliquis sibi & Titio hæredi suo stipulatur vsumfructum, vt Titio tantum quæratur: quod cum nouus sit vsusfructus in persona eius, & noua obligatio non hæreditaria lex 12. tab. non diuidit eam inter hæredes, *vt ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. si quis ita*: vel dic contra. scilicet quod obligatio transit ad hæredes, vt ad hæredes, ideo potuit stipulari, licet seruitus noua sit, propter nouas personas quibus cohæret, & nouas cautiones. est hoc & magis de mente. *d § si quis ita.* 3. responsio. Secundo casu principali, quando expressio hæredis fit à parte promittentis, dicit lex quod nihil operatur, neq; prodest cæteris, *ff. de verb. oblig. l. eum qui §. te & Titium*: obligatio enim quæ * respicit hæreditatem, sic diuiditur vt hæreditas
57 de necessitate: & non ante diuiditur quam hæreditas. *ff. de lega. 1. l. seruo legato §. si testator & ff. de lega. 2. l. cum ab vno.* sed contra istud videtur quod not. *in l. auus. in princ. glos. ff. de pact.* Sed Guli. dicit, quod illa gloss. non bene dicit, & ad ill. gloss. respondet, quod illæ loquuntur in obligatione legatorum, quæ non est onus hæreditarium, sed grauati, in qua distinguit aut legatur quantitas vel species, non hæreditaria: & grauatus tenetur in totum, *de leg. 1. l. ab omnibus, & l. si tibi homo. §. 1.* aut species hæreditaria: & tunc tenetur pro parte sua tantum: si potest pro parte præstari, *vt l. si fundus sub conditione §. libertus. eo. titu.* alias tenetur ad solidum, *vt l. cum quasi § si plures de fideicomm. libert.* ita not. Guli. *ff de pact. l. auus. & Iacob. de Are. & Abb.* credo quod habuit Guli. *in d. l. si tibi homo. §. & dic. vt ibi per eum.*

Si aliquid do tibi ad locationem, inuecta & illata ex tacita conuẽtione obligantur. *ff. de pact. l. item quod & C. loca. l. certi iuris.* Et ideo, quod ex præsumpta conuentione est ista hypotheca in eo qui pacisci

non

non poteſt, locum non habet: vnde res minoris non obligantur, vt ibi not. Diuerſum eſt in hypotheca legali, quæ in re minoris cadit. *ff. de re eo. l. 5. C. de leg. tut. l. fin* lex enim etiam minores aſtringit, *vt ff de tutor. & curat. dat. ab his l. non tantum & de vaca. mu. l. ſextum decimum. & ff. de admi. tu. l. ſine hærede. §. Lucius*. Sed quomodo cognoſcam ego obligationes tacitas, † vtrum inducantur per legem, an ex præſumpta 58 conuentione? reſpondeo ſecundum Guli. *in d. l. item quod*, quod aut hypotheca reſultat & naſcitur poſt contractum: aut reſultat ex contractu, & naſcitur in contractu. Primo caſu hypotheca eſt cõuentionalis ex conuentione tacita, *vt l. item quia*. Secundo caſu hypotheca eſt legalis, vt in contrarijs: certe ſi antequam locarem tibi rem: induxiſti in ea, ipſo contractu inducta obligantur: & tamen conuentionalis eſt obligatio. Sed dici poteſt quod non reſultat nec naſcitur ex contractu & ideo non obſtat Guli. cum enim ex contractu reſultat, priuilegio quod dat lex materię naſcitur, vnde ex lege naſcitur: & iſta ſententia eſt notabilis & vera: ex his aperte concluditur ſi minor accipit dotem quod res eius obligentur. Quia cum priuilegio materiæ, id eſt dotis, hypotheca inducatur, legalis eſt.

Si quis paciſcatur vt tibi detur vel fiat, vel vt non petatur, & hæredi ſuo conſultum eſt: *ff. de proba. l. ſi pactum.* Sed & ſi paciſcatur quis, vt ipſe faciat aliquid momentaneum, ex quo nullam obligationem quærit quid tranſmittere poteſt: certe & hæredi ſuo proſpexiſſe videtur: hæ enim ſubtilitates à iudicibus non admittuntur. *ff. qui mo. pig. vel hypo. ſol. l. ſicut §. debitori.*

Item ſi vxor diuertit ex interuallo & ad primũ virum redijt, etiam ſi medium matrimoniũ interceſſit, pacta videtur vt ſit illi doti, ꝙ ex prima dote reſidebat apud eum, quod eſt notandum. *vt ff. ſol. mat. l. pe. § vxo.* & alibi præſumitur dos data, vt not. *ff. de iur. dot. mulier.*

Item præſumitur pactum. *C. de dot. promiſ. l. 2.* ego dico, quod inſtrumentum promiſſionis vſurarum probat obligationem principalem ſi allegetur, non autem facit præſumi ſi non allegetur. *vt arg. ff. de vſu l. cum de in rem verſo.*

Item præſumitur pactum in *l. 4. C. de dotis promiſ.* ſi enim confeſſus ſum me plus habuiſſe in dotem quam acceperim, niſi ſimulate id actum ſit, agere poſſum, vt quãtominus accepi ſuppleatur: quaſi hoc conueniſſe videatur, *vt ibid. legitur & not.*

f Item

Item præsumitur pactum in diuisionibus, *vt not. C. communi diui. l.pen.*

Item præsumitur *ff.de fideiuss.tut. l.cum ostendimus. §. vltimo.C.de contrahen stipu.l optimam.*

Item præsumitur, *ff.de excep.do. l.2.§.non male dictum, ff.de proba.l. Procula ff.loca.l.quæro.§.inter locatorem.ff.de condi.ob caus.l.si extraneus.ff. solu.mat.l.si cum dotem. in princ. §. rem in præsenti. in princip.* & in multis alijs pactis, transeuntibus in speciale nomen & etiam in suo nomine remanentibus.

Nunc transeamus ad illũ articulũ. *QVOS PACTA LIGENT,* & hic breuiter dici debet, vt dicit Dom. Azo. in *sum.huius tit.§. pactorum.* & inter cætera dicit quod prodigus cui bonis est interdictum paciscendo obligatur naturaliter tantum, per *l.si is cui bonis ff. de verb. oblig.* adde quod no. *in l.si quis in tantam, & l.Fulcinius §.adeo.*

QVIBVS PACTA PROSINT, dic per eundem *Azo. in in eo.tit.§.superest vt videamus in pe.col.* & inter cætera duo *no.ibi*: Primo, quod sine aliqua cessione, quæritur nobis ex stipulatione publicæ personæ, quod infra examinabo: secundo not. quod omne pactum in dubio præsumitur in rẽ: sed nos hoc supra subtiliter examinauimus.

Nunc transeamus ad illum articulum. *PER QVOS NOBIS PACTIO ACQVIRATVR*, æquidem per administratores nostros, nobis quæritur pacto actio & exceptio, *ff. de pact.l.rescriptum § fin.cum l.seq.* ꝗ dic. vt plene dixi, *inf.de proc.l.in causa, § si ex parte.*

Item acquiritur nobis per filium, quem in potestate habemus: si paciscatur ne petatur à se: nam vbi conueniri poterat, sicut ipse directam habet exceptionem pacti, ita & nos: diuersum est in seruo: qui in iudicio esse non potest: nam sibi non quærit, cum non sit actio cõtra eum: ergo exceptio pacti non potest trãsire ad dominum ex persona serui: sed de dolo excipiet. Idem est in filio paciscente, ne à se petatur in caussa profectitij peculij, vbi in iudicio non est, cum eius ꝓprietas non pertineat ad eum, & ita intelligitur, *ff. de pact.l.& hæredi.§ fin.& l.contra iuris §.fin.*

Item is qui potestatem habet in nobis, paciscendo nobis quærit exceptionem doli: vnde pater paciscendo filio, quærit filio exceptionem doli, non pacti, si vt filio stipulatur: sed si vt extraneo nullam: quod si vt hæredi, quod in dubio præsumitur, si in obligatione sua

pater

pater paciſcitur, quærit filio exceptionem pacti: ſed ſi in obligatione filij, præſumitur ei vt filio pactus, ita intelligo. *ff. de pact. l. & heredi. §. non antē & l. ſi tibi. §. ſi pactus* & ꝙ ibi no. Item quādo pater paciſcitur filio ad agēdum ſiquidem in eo quod patri quæſitum erat videtur vt hæredi paciſci, ſed in eo quod ad filium non poteſt deuenire, vt ad hæredem patris videtur ei ſtipulari vt filio, tanquam legitimus adminiſtrator eius, *vt l. vt iuriſiurandi, § ſi libere ff. de ope. liber.*

Item acquiritur nobis pactio, ad incommodum noſtrum, *ff. de pact. maiorem, l. ſi plus, l. reſcriptum & l. cum in ſo.* & vt puto, qui non conſenſerunt tibi non obligantur naturaliter ad non petendum, ſed ſolummodo per exceptionem repelluntur.

Et attende quod dicitur, quod ſi * maior pars creditorum paciſcitur, quod ei cæteri creditores ſtare tenentur, eſt verum quando 61
creditores non haberent quem conuenirent, ſed per pactum factum eſt vt habeant: vt puta deceſſerat debitor plurium, & cum hæres nollet adire hæreditatem, metuens creditores, pacti ſunt cum eo ſe contentos eſſe certa portione. *ff. de acqui. hared. l. cum hareditate in fin. l.* huic quidem pacto ſtari debet etiam per eos qui pacti non ſunt: ſi tamen maior pars creditorum pacto conſenſit *vt d. ll.* ſi creditores habuiſſent quem conuenirent, vt quia iam adijſſet hæreditatem debitoris hæres, hic tantum ſibi præiudicarent paciſcentes. ar. illo quod ſi bona debitoris ſunt hypothecata, quod poteſt conueniri poſſeſſor, ſeruatur vt paciſcentibus tantum obſit quod faciunt, *vt d. l. reſcriptum in fin. princ.* Item ideo qui non paciſcuntur ſuperiore caſu, ſtant pacto quia fauor verſatur in adeundis hæreditatibus defunctorum. Item quod præſumptione iuris bene negotium geritur, quæ præſumptio ceſſat, cum conſtat contrarium ſecundum Do. Guli. Ergo ſecundū hoc ſic doceretur, ꝙ hæres erat alias aditurus, non præiudicaret iſtud pactū niſi paciſcentibus, vt probatur, *ff. de admi. tu. l. cum hareditas.* & hodie forte quod præſumptio eſt ꝙ non timeat quis creditores propter beneficiū inuentarij dicemus illā legē maiorem eſſe correctā, ꝙ eſt not. Item dicimus ex prædictis quod ſi maior pars † remitteret to- 62
tum quod deberetur ſibi, quod iſtud non præiudicaret alijs vllo modo, ꝙ conſtat non expedire hoc his qui non conſenſerunt ſecundum Guli. ar. facit ad hoc. *C. de anto. praſta. l. fi. & quod no. ff. de re ind. l. Pōponius a l. incip. ſi vns & l. ſeq. ff. eo. l. contra iuris ciuilis regulas § fin. C. de tranſact. leg.*

f 2 Praſe

Praeset de dona. l. filiusfamilias cum si. Sed in quo est ista difficultas ante aditam hæreditatem, cum iacenti hæreditati possit dari curator & ipse conueniri vt *l. debitor. ff. de neg. gest.* Respondeo, illud verum quando non apparet aliquis, qui dubitet an velit esse hæres: sed quãdo apparet vt in proposito emergit difficultas de quibus habetur *ff. de hære. Inst. l. si quis ff de cura. bon dan. l. 1. & quod not. ff. de acqui hære. l. quandiu.*

Item quæro an oporteat simul consentire, omnes illos creditores? Respondeo non, & potest vnus dare alteri vices suas: Item potest dicere consentio in hoc nec poterit pœnitere secundũ. Guli. alleg. *ff. de excep. do. l. apud Celsum in prin.* & quod *ibi no.* facit *ar ff. de fal. l. vxor. §. 1. & de excu. tut. l. spadonem §. 1. ff. de testa. tut. l. ex sententia cum simi.*

Item quæro an illi qui dicunt, se nolle stare pacto aliorum possint obijcere quod non sint creditores illi qui pacti sunt? Respondeo, cõstat quod exceptionem non numeratæ pecuniæ possunt opponere, *vt C. de non nu. pec. l. sicuti.* & quamlibet aliam exceptionem vt fraudis, ꝙ in fraudẽ sunt constituti creditores: *ff. quæ in frau. cre. l. 2. quæ fraus,* secundum Guli præsumitur si creditores sint coniunctæ personæ, quæ tale pactũ faciunt alleg. *l. no. ff. de bon. liber. l. nihil. §. faciliter. ff. si quis omiss. cau. test. l. qui autem. §. si quis iurauerit. C. de sacrosan. eccles. auth. quibuscunque modis. C. de don. ante nup. auth. sed iam necesse, de æquali. do. §. aliud.* Itẽ præ-

63 sumo fraudem * eo ipso ꝙ instrumentum est confessatum & aliter quam per confessionem, non constat de debito *l. 1. §. quod si in lite ff. si quid in frau patro. ff. de bo. dam. l. si quis post hac. C. de fide instru. l. scripturas ff. ad velleia. l. Seia.*

Nunc videamus aliqua circa *leg. cum in eod. ff. de pact.* & breuiter dicitur ibi quod tutor qui erat creditor pupilli, ei pacto stare debet, cui & cæteri creditores: nec est sibi suum officiũ damnosum, cum idem esset, & si tutor non esset & hoc not. *in gl ff de admi. tu. l. cum hæreditas secundum Guli.* Sed quæro an hodie *d. l. cum in eo.* & l. cum hæreditas sint correctæ, cum creditor pupilli non possit esse tutor eius vel curator, vt in auth. minoris? Respondeo sic: quod *l. cum in eo.* loquitur de tutore legitimo aut datiuo, non nõ de testamentario, cum loquatur ante aditam hæreditatem, *ff. de test. tut. l. si nemo.* Sed nonne potest esse creditor ex ipso testamento, nam tutori legari potest? Respondeo, his nõ officit quod fit cum creditoribus. *ff. ad l. fal. l. 3.* Item an testamentarius tutor possit esse creditor vel dubitor pupilli? Respondeo,

sic,

sic.arg.ff.de ritu.nupt.l.tutor.ff.de re.eo.l.1. Item an datiuus ob testamentum? Respondeo, puto idem arg.ff.de reb.eo.l.fin. Quid in administratore fisci, & œconomo Ecclesiæ, an impediantur administrare ob id scilicet quod sint debitores vel creditores? Respõdeo, non, casus est C.de his qui ss on.mu.sube. l.fin. lib. 10. Item attende quod mater & auia excipiuntur ab illa constitutione, minoris debitor. Idem in patre & filio: sed diuersum in fratre seruatur secundum Gul. ibi. alleg. in arg. ff. de leg.præstan.l.3.§.1. Quid de nepote dices, quod auo mente capto datur curator, idem dico ad similitudinem auiæ: sed in pronepote diuersum ad similitudinem proauiæ. Item caue tibi quod datio talis tutoris, qui sit creditor valet, sed cadit à credito: sed is qui debitor est, dari non potest secundum Azo. vt not. infra de procu. l.pater. & de excusa.tut.l.propter litem: non est enim defectus aliquis, contingens personam tutoris: sed ex accidenti præsumitur minor fides: vnde eo sublato quod erat causa impedimenti, & datio valet licet Vgo dixerit contra. Item caue tibi quod * debitum liquidum durans, est illud 46 quod impedit quem esse tutorem, sed non illud de quo controuersia est, vt notat Iacob.de Aret.ff.de admini.tu.l. Athleta §.dat remissionem, sed hoc sic intelligo, si tutor se asserit creditorem, secus si se negat debitorem, ne essendo tutor facile posset instrumenta pupilli subtrahere.

Item quo tempore inspicitur, an tutor sit debitor vel creditor? Respondeo, tempore quo cedit dies tutelæ: cedit autem dies tutelæ legitimæ, à morte eius qui in potestate habebat pupillum, vel ab existentia sui iuris, vt colligitur ff.de excu.tu.l.sed & §.iam autem cum ibid. not. Dies datiuæ cedit à tempore dationis: dies testamentariæ ab adita hereditate, ff.de excu. tu.l.2. & l.si is qui tres. In datiuo ergo inspice tempus quo datur: nam si protestatus fuit, quod creditor est, non valet datio secundum Azo: sed in legitimo, cum inutiliter cedat dies tutelæ, quo ad eum, licet ei administratio decernatur, & debito quod sibi debetur priuetur si non fuit protestatus: tamen inutiliter decernitur secundum Vgo & sic vtrumq; saluamus. Item quod dicit lex debitor & creditor, debet intelligi de eo qui actionẽ habet, vt l.fideiussor oblig.§.fideiussor.de fideius.& ff.de sol.l.si is cui §. Flauius. vel hoc debitum deuolui in causam tutelæ, secus si tutori debeatur, ne sibi soluat, vt ff.de contrab.emp.l. Fistulas.§.fundus.ff.de neg.gest.l.qui sine. In creditore

vero vel debitore conditionali, idem quod in puro dicitur, quod & hic instrumenta pro pupillo facientia posset subtrahere.

Item acquiritur nobis pactio (non dico factum; sed effectus eius: quod si factum nobis quæreretur, ex facto datiuo resultaret ius natiuum, *ff. de acqui. re. do. l. ea quæ, & ff. de preca. l. certe* §. 1.) per eum qui hæres est verus, si nos sumus fideicommissarii: sed demum facta cessione, *ff. ad Treb. l. si hæres pecuniam*, secus si reuera non erat hæres qui paciscebatur, vt *ff. eo. l. si tibi. §. cum possessor.*

65 Nunc videamus* *SVPER QVIBVS REBVS PACTA FIANT*: & hic dicas vt dicit Do. Azo. *in sum, huius tit. in §. deficit quoq; pactum ratione rei, & ibi no.* est secundum eum circa pactũ, quod transit in contractum emptionis: quod interdum contrahitur super re, cuius est commertium attenta natura rei: sed non attenta quadam qualitate mutabili vt quod res sit furtiua, & tunc distingui debet, vt dicit lex, *ff. de contrab. emp. l. si in emptione § item si emptor.* & ratio illius distinctionis est secundum Azo quod in primo & secundo casu illius §. non debet iudex permittere emptori vt exigat illud, per quod efficeretur. Itur fur. Ideo ergo non fit illa executio, quod vicium habet: ergo cum executio non possit fieri, obligatio & actio quæ ordinantur ad executionem, non subsunt: at in tertio casu illius §. quando emptor ignorauit, quod si actionem quæsiuit, & contractus est respectiuus, oportet vt valeat ab vtraq; parte, *arg. ff. de accep. l. fin. & ff. de rescin. vend. l. cum emptor.* Ex his apparet in re vi possessa immobili (quod mobilis rapitur non vi possidetur) indistincte contrahi posse quod delictum non committitur in contractu, nec executione eius; in commodato & deposito, idem quod in venditione dicitur, *secundum eundem Azo.* Ego non video quomodo distinctio illa cadat in commodato vel deposito *ff. commod. l. ita vt & si fur.* Interdum contrahitur super re cuius non est commertium, attenta natura sua, vt super libero homine, & hic dico nunquam cõtractum tenere: quod
66 impedimentum* commertii venit à re, non à scientia vel ignorantia contrahentium. Idem dico in re cuius non est commertium propter inuariabilem qualitatem, vt quod sit res sacra vel campus Martius in *d. l. si in empt. §. liberum hominem*: licet tamen non valeat contractus, lex ignoranti emptori dat actionem ad interesse: vel dic actionem nasci; quod lex fingit contractum tenere in in præiudicium vendi-

venditoris, *ff. de contrah. empt. l.* & liberi, ibi & intelligitur, &c. quod si emptor scit, nec ad implendum contractum, qui non est, agere potest: nec ad interesse quod se ipsum decipit. Nec obstat nobis, quod no. *ff. de actio emp. l. si quis alienam*, vbi scientia non impedit agi ad implementum contractus, quod ibi contractus valebat hic non. Sed quid dices in re, quæ eximitur à certo commercio: sed non ab omni vt in re dotali. *ff. de iu. do. l. ita constante & l. fi.?* Respondeo vt *ff. de vsucap. l. cum vir prædium.* In legato huius rei habes gl *ff. de testam. mi. l. dotalem*, & facit ad hoc. *C. de indic. d. leg. si prædium & ff. de fide. l. cum lex.*

Generaliter autem restaret, vt quæreremus & enumeraremus, casus in quibus pacta non valent, quos habes in summa Dom. Azo. & adde quod no. *C. de decur. l. vacuatis lib. 10.* vbi subtiliter & abunde not. an valeat pactum per quod promittitur nõ probare nisi per instrumentum, &c. & de renunciatione quæ fit in causa criminali.

Transeamus nunc ad illum articulum vtilissimũ & subtilissimum 67
DE PACTORVM EFFECTIBVS*: Præmittendũ est autẽ quod pactorum quædam principalia sunt: quædam alii principaliori contractui accedunt & cohærent. Item eorum quæ cohærent, quædam adiiciunt, quædam detrahunt, quædam remouent. Eorum quæ adiiciunt effectus est, vt præscriptis verbis actionem pariant, quod supra examinauimus, & veterẽ informent, quod modo examinemus. Et primo quæritur quid sit informare? Dicit Azo. in *sum. eo. §. informatur*, quod informare est nouam formam dare veteri actioni: non dico, dicit ipse, quod substantia primæ actionis sit alia ab ante: nam & idem nomen retinet, quod ante habebat: sed habet nouam qualitatem & exactionem: vnde ponamus vendidi tibi librum pacto opposito, quod vadas pro me Romam: actionem ex vendito habebo vt vadas, tamen quantum ad tale factum competit censebitur esse stricti iuris: quod succedit in locum actionis præscr. ver. quæ est stricti iuris: fallit in permutatione, vt *Inst. de actionib. §. actionũ.* hoc idem habetur in *l. pacta conuenta in glo. & in l. pacta quæ contra. & §. quinimo*: sed non videtur istud verum, quod actio ex vendito competat ad factum, vt *ff. de actio emp. l. tenetur §. 1. secum. responso. & ff. de præscr. verb. l. naturalis. §. at cum do. & l. insulam Sol.* dici debet vt dicit lex, quod actio ex empto & vendito simplex & considerata in natura sua, non datur ad factum merum, vt Romam iri: sed actio informata bene

datur

68 datur ad factum: dicitur * autem informari quãdo competit primo secundum naturam suam: sed ex accidenti trahitur etiam ad nouam figuram, & modum consecutionis, & ideo si vendo tibi rem, & conueni, vt Romam ires, & ad precium & ad factum, agi potest: diuersum si de precio non conuenisset: nam tunc esset contractus innominatus: quod nulla esset actio, quæ posset informari: istam distinctionem not. ponit, *d. l. tenetur. §. 1. & facit ff. de contrah. empt. l. qui fundum. & l. fundi partem.*

Item non videtur verũ, quod dicit Azo. quod informata in quantum competit, ad id quod deuenit in pacto sit stricti iuris: cum lex dicat in ea fructus venire ex mora, ad modum actionum bonæfidei vt *C. de pact. inter empt. l. 2. in fin.* Ego dixeram *supra* recitando Guli. quod glo. & Azo. dicebant male: tamen modo mihi videtur quod dicant bene & hoc probo sic: actio quæ informat, aut informatur à noua substantia, aut informatur à noua qualitate: à noua substantia non, quod secundum omnes substantia actionis informatæ durat eadem, ergo à noua qualitate: sed qualitas actionis est, vt sit bonæ fidei vel stricti iuris ergo & ita. arg. Azo. Non obstat mihi *l. 2. C. de pactis inter empt. & vend.* vbi dicitur, quod si fundus eo pacto venditus est, vt reddatur precio restituto, quod si per eum qui vendidit non stat quo minus redimat, & precium offert quod fructus veniunt. Illud enim est ideo, quod actio informata concurrit cum actione noua ex empto: cum contractus reuenditionis habeatur pro facto ex quo est impleta eius conditio, & sic est ibi speciale: diuersum dicerem, si ibi promisisset, non dico restituere rem, sed reuendere: tunc enim non venirent fructus: nec esset actio informata bonæfidei, quod non habet sociam ad idem competentem quæ sit bonæfidei, cum promissio sit purificata, vt ex ea agi possit, vt contractus fiat, sed
68 non vt impleatur: quod * conditionis existentia maxime ficta non plus operatur, quam si non esset apposita conditio vlla: sed si pure promisissem tibi vendere: non ideo vendidissem, ergo, &c. vel potest dici, quod ibi fructus veniunt ex vi tacitæ conuentionis, non ideo quod actio informata sit bonæfidei, quæ tacita conuentio perpenditur ex eo quod actum est vt fundus redderetur, scilicet pro vt debet cum suis accessionibus, iudicio empti præstari: & hoc perpenditur ex illo verbo restitueretur quod in verbis conuentionis ibi apponitur;

ponitur: tale enim verbum, cum ius in nullo diminutum significet, etiam actiones compræhendit, vt *ff. de vsu l. videamus §. in Fauiaxa.* quod satis dici potest. Item non videtur bene dicere Azo. quod informata succedat in locum actionis præscriptis verbis: quod in locum eius quod est, non succeditur: sed in locum eius quod non est: at actio præscriptis verbis est: vnde dico quod Azo in hoc improprie loquitur, & §. *quod iniuriarum* nō facit pro eo, quod hic est concursus nō subrogatio. Item quæritur, nunquid istud sit verum simpliciter, quod pacta incontinenti pariant & informent? & videtur quod sic, *C. de pac. inter emp. & vend. l. 2.* & colligitur bene ex coniunctione legum ibi allegatarum in glo. In contrarium videtur, quod vbi habet locum alia actio, non habet locum præscriptis verbis, vt *l. quoties, sol.* dico quod *text. not.* dicit quod aut potest informare, & informat aut non & tunc solum modo parit, ita dicit *tex in d. l. tenetur §. 1. ff. de act. empt.* Non ob. l. quoties quod actio informata, nō nascitur ex pacto: sed datur ad nouum quid propter pactum: qualitas enim, & quælibet accidentia, sicut est hoc accidens, à quo dicimus, actionem informari, non nascuntur, sed dantur: Sed actio præscriptis verbis datur ex pacto, vnde non habēt eundem fontem & principium, vel dic vt *supra* dixi.

Et attende quod sequitur ex eo quod dixi, quod actio præscriptis verbis oritur ex eo quod agitur: nam sequitur quod ad repetendum quod datum est non competat præscriptis verbis: vt *ff. de præscr. verb. l. naturalis. §. sin autem rem do.* Condictio enim oritur ex eo quod agitur tacite, vt *l. is qui. §. si libero ff eo.* sed præscriptis verbis ex ex eo, quod agitur ex eo, quod agitur expresse, vt dictum est. Ergo ad condicendum, non habet locum actio præscript. verb. *arg. ff. de cond. ob causam. l. si extraneus*, vbi ex eo quod tacite agitur competit ob causam condictio: sed ibi in eo quod tacite agitur per præsumptionē legis, non autem est consensus partium aliter expressus & est illa l. notab. ad hoc facit quod not. *ff. rem ra. ha. l. si sine, in princ.* Item attende quod sequitur ex hoc, quod † actio præscriptis verbis, non competit ad repetendum datum: nam in illo contractu innominato facio vt des si præueni in faciendo factum non condico quod non potest condici, nec quanti mea interest non fecisse: quod istud succederet in locum condictionis facti, *ff. de cond. inde. l. si non sortem. §. si libertus*, scilicet 71

quanti mea intereſt quod tu facias: quod ſuccedit in locum actionis, quæ proponitur ad contractum implendum, & quod contractum impleas petere à te poſſum per actionem præſcrip. verſi. Sed quod non feciſti, quanti mea intereſt non feciſſe, ago de dolo, *ff. de praſcr. verb. l. naturalis. §. quod ſi faciam, & l. ſolent.* Alii dicunt quod aut ex meo facto nihil adeſt tibi, & tunc ago de dolo: quod ex quo non adeſt tibi, non videor impleuiſſe ex parte mea, & ideo pactum mihi non veſtitur ad pariendam actionem præſcriptis verbis: ſed quod impleui eo modo quo potui ago de dolo. Diuerſum ſi tibi fecerim: nam impleui, cum tibi adſit, ſecundum glo. ego nõ video, cur etiam primo caſu non impleam, ſicuti ſi conueniſſet, vt dares mihi Stichũ & ago aſinum meum in mari proiicerem vel econtra *arg. ff. de con. & dem. l. Mauius:* vel poteſt dici quod iſta ſint proportionalia, datum & factum condici per pœnitentiam, & agi præſcrip. ver. vt contractus impleatur: idem dico in ficta datione, vt in remiſſione querelæ inofficioſi: nam cum non poſſit inſtaurari, non poteſt condici, & ideo licet contrahendi fieret remiſſio, & ſic ei aliquid adeſſet: tamen ſola doli actio competeret, vt not. *C. de tranſact. l. cum mota.* Sed ſi factum eſſet tale quod condici poſſet idem quod in datione dico, *ff. de condi. ob cauſ. l. ſi quis accepto. & not. C. de tranſact. l. actione.* Nec ob tex. illius. legis ꝙ ibi nõ agitur de dolo ideo quod tranſactio nõ impleatur, ſed ideo quod dolus fuit in tranſactione commiſſus, vt *ib. not.* ſed vnde non eſt iſta proportio ego quæſo, & neſciens taceo modo. Item eſt
72 alia * ratio quare præſcriptis verbis non competit ad cõdicendum, quia actio ex contractu nunquam proponitur ad eum reſoluẽdum, niſi ex conuentione partium, vel diſpoſitione teſtatoris reſoluatur, vt *ff. de contrahen. empt. l. ſed Celſus. §. 1.* & de action. *empt. l. ex emp. §. ſi quis virginem. & de vſur. l. quoties. §. ſi colono. cum ſimilib.* & ratio ex prædictis colligitur.

Sed ego quæro iuxta proxime præmiſſa: facio & do vt des an habeam aliquam actionem? & videtur quod non. Nam præſcrip. verb. ex eo quod dedi, non (habeo) quod ob id ſolum non impleui contractum ex parte mea. Item de dolo quod fecerim, non (habeo) eadem ratione, quia non impleui: ſed dico dari præſcrip. ver. quod dubium eſt quæ actio detur. *ff. de praſcr. verb. l. 1. l. ſi rem tibi, & l. ſi gratuitam. cum ſimilibus.*

Nunc

Nunc redeamus ad materiam de informatione, dixi quod tunc actio informatur cum potest. Quæro ergo stipulatus sum à te centum & pactum subiectum est an informetur prima actio stricti iuris à pacto? Respondeo, aut pactum continet certum, & informat vt *C. de pact. l. petens* Idem dico è contrario, si stipulatio & pactum continent incertum: sed si stipulatio certum, pactum vero incertum contineat, vel è contrario non potest actio contra naturam suam informari vt not. *ff. si cer. pen. l. lecta. §. dicebam in glo. versi. primo mense in fin.* Nec obstat arg. contra *ff. de contrahen. emp. l. fundi*, quod * actio ex 73 empto coniunctim potest dari ad certum, & incertum, *vt ff. de actio. emp. l. tenetur. §. 1. supra alleg.*

Item quæro stipulor sub conditione, & paciscor purè an informetur à pacto actio quæ oritur à stipulatione: respondeo, non pendente conditione, quod nulla est, sed ea existente sic *ff. de pericul. & commun. rei vend. l. si in venditione*, & ita intelligo quod not. in *l. pacta conuenta.*

Item quæro de pacto principali, an informet stipulationem pœnalem? Respondeo, non vt *l. si pacto, & l. nuda.*

Item quæro, an vnus contractus vestitus appositus iuxta alium habeat aliũ informare? Respondeo sic, vt not. *ff. pro soc. l. duo*, quod intelligo verum si id quod deducitur in secundum contractum poterat in primum deduci, & non aliter: plus dicunt Pet. & qui eum sequuntur, quod cum habita relatione pacti ad contractum resultet contractus innominatus, actio præscriptis verbis oriatur, quod non placet, quod non est contractus innominatus: cum hinc inde res in stipulationem deducitur.

Item quæro, si stipulatio est interposita pro vno, an possit informari alteri? & dic quod non, quod actio non mutat formam & substantiam, sed qualitatem: at hic actio institueret nouam formã non nouam qualitatem habere, vt no. *in l. petens*, & bene.

Item quæro † an actio præscrip. verbis informetur à pacto in cõ- 74 tinenti apposito: puta, tu & ego permutauimus librum, & coueni vt ires Romam: deinde tu impleuisti ex parte tua, & ego ex mea, an mihi informetur actio, videtur quod sic arg. eius quod dixi, per *l. si in venditione. de peri. & comm. rei. ven.* sed contra dico, quod ab initio non informatur: cũ nulla sit actio, nisi in ipso cõtractu impleuerim

ex parte mea. Item postea non informatur, quod fit ex interuallo, & id tempus inspicitur quo contractus impletur, *ff. de fideiuss. l. si dubitet §. fin. & de verb oblig. l. quidam cum in fin. & ad l. si in venditione dicet. Iac. But. in l. petens*, quod *ibi* ideo quod conditio in contractibus retrotrotrahitur, *vt l. potior, & l. qui balneum*, quæ non placet quod non est generalis: sed pro ea facit, quod in contractibus qui contrahuntur consensu videtur istud probari, per *l. quod si pendente eo. tit.* nam ab initio consensum est, & ad l. quidam cum si. dic. quod ibi id ideo quod stipulatio successit in locum contractus, qui contrahebatur: vnde tempus quo res interuenit inspicitur, & facit quod not. *ff. de verb. oblig. l. si filius*, sed secundum alios qui dicunt, contractum informari, non solum actionem vt *no. per Doct. in l in bonæfidei*, falsum esset hoc: sed horum sententia est falsa, quod iam ista qualitas esset natiua quod est impossibile. Nam omne quod accidit causam habere, accidit enti perfecto: ergo non in natiuitate entis, sed post, ergo omnis qualitas est datiua, vt *supra* dixi.

75 Nunc videamus * de pactis quæ detrahunt: sciendum est autem, qnod pactorum quæ detrahunt, quædam detrahendo perimunt: vt in contractibus bonæfidei, si aliquid ad detrahendum conuenit, circa substantialia contractus, vt cum conuenisset de decem, conuenit de quinq; dandis pro pretio, vel cum conuenisset de toto fundo dando pro decem, conuenit de parte fundi: nam noua emptio contracta videtur, & à priore recessum: & idem est si adiiciat aliquid pactum circa talia, vt *ff. de contrahen. emp. l. pact. conuenta §. Paulus.* Circa hoc quatuor sunt sententiæ: nam quidam dicunt vt Ioannes, veterem actionem tolli, & nouam oriri, quod præsumatur nouatio secundum antiqua iura, & pro se habet *dictum. §. Paulus.* Alii vt Marti. dicunt vtramq; actionem durare: sed ex prima dicit non posse agi, nisi secundum formam secundæ & pro se habet, *l. iurisgentium. §. adeo.* Item pro se habet quod nec olim fit nouatio nisi tacite agatur, vt *ff. de nouat l. omnes*, nec hodie nisi expresse agatur, vt *C. de noua. l. fin.* Tertii vt Azo dicunt idem quod Marti. si in continenti pactum fiat: sed vbi ex interuallo idem quod Ioan. per *l. ff. de condit. & demon.* non ad ea. Quarti vt Odof. dicunt contra, scilicet quod opi. Io. procedat, vbi incontinenti pactum secutum est contractum primum: opin. Marti. vbi ex interuallo arg. *ff. de manum. testam. l. Stichus.* Imo Guli.

tenet

tenet opinionem Io.& pro eo est *ff. de rescin.ven.l.si quam.* Ego *supra* secutus sum.Ioan.non obstat *C. de noua. l.fin.* quia hic prior contractus non tollitur per nouationem, cum sequens non interponatur loco eius sed tollitur ex eo:quod partes ab eo videntur voluisse recedere. Potest dici, quod aut pactum istud est relatum ad primum contractum:aut non: primo casu aut est facta commemoratio primi contractus,ad augendum,aut ad detrahendum: quando fieret commemoratio prioris contractus ad ipsum suspendendum: dic *vt l.non ad ea,in fin.* si ad augendum, vt ꝙ pactum ita conceptum est, volumus ꝙ dum diximus supra de decem intelligatur de quindecim: & tunc si vera opinio Martini,quod dum adijcitur,etiam summæ prioris contractus statur:cum maior † summa contineat minorem *vt l.diem proferre §.si plures ff.de arbitr.cum similibus.* 76

Secundo casu cum detrahitur, aut detrahitur conuentioni, aut obligationi:si cōuentioni,vt quod agimus vt sola quinq; sint in pretio nouus contractus est: quoniam à summa in qua consistit prioris contractus substantia recessum est. *vt l.pacta conuenta. § Paulus.* si vero detrahitur obligationi, vt ꝙ dum promisisses decem per pactum libero te à quinq;,tunc non videtur à contractu recessum, sed paciscenti ꝓ parte satisfactum vt arg *ff.de pactis.l.si conuenerit,& l.si vnus §. quod si non vt totum tolleret.* Diuersum esset,si in totum emptor liberatus esset:nam tale pactum distraheret contractum.*ff.de rescin.vendi.l. cum emptor.& ff.de excep.l.fin.* Aut pactum circa substantialia contractus fit sine commemoratione primi contractus,vt quia vendidi tibi secundo loco rem quam primo vendideram:dico quod aut & primo & secundo vendidi tibi pure:aut primo pure,secundo sub conditione,vel e contrario.Primo casu dico vt dicit D.Odof.quod si incontinenti secundus * contractus factus est,à primo recessum videtur, & 77 intelligatur,*l.2 ff.de rescin.vendi.* Si vero ex interuallo, dico ex vtroq; contractu rem deberi,sed vnam solutionem,distrahere omnem cōtractum,si in re vel pretio nihil est additum vel minutum,alias non. *ff.de act.& oblig.l.si is qui Stichum,& l.ex promissione,cum materia.* Secundo casu dico vt dicit Azo:nam si incontinenti contractus contractui cumulatur,si ex interuallo recessisse videntur,contrahentes à primo contractu,*arg.dicta l non ad ea.* & sic omnes saluamus.

Videamus de pactis quæ detrahendo non perimunt,vt quod sint

circa accidentalia contractus, vel naturalia vt ecce paciscor tecum ne caueas de euictione, vel ne Romam vadas an informetur tibi actio tua. ad hoc Placen.& bene dixit, quod non: *arg.l.1. §.si debitori, vt in poss.leg.* sed non videtur procedere quod dicis istud quod pactũ detrahens respiciat accidentalia contractus: nam cum illud factum sit loco pretij, *vt l.si sterilis.§.si tibi,& l.fundi partem,* & precium sit de substantialibus, ergo, dic quod factum censetur esse pars pretij, quando contrahenti fit: sed vbi ei non fit non habetur pro pretio, quod necesse ei dari quod est notandum. Quid si conuenio ego emptor, tecũ vt ruta & cesa quæ ego possideo, sint penes me, an actio ex empto mihi informetur ad illa, vt si rehabeas illorum possessionem agere con-
78 tra te possim? Placen. dixisse videtur quod pactum † ad excipiendum non informat: sed certe ipse dixit de pacto quod respicit naturalia, vel accidentalia contractus, videtur tamen hoc idem: quod statim ruta & cesa facta sunt de dominio possidentis & sic conuentio statim transiuit in executionem, *ff.de rei. vend.l.* quædam & ideo pone, quod non habebat ista mobilia in conspectu vel ante non possidebat: sed detinebat vbi dico actionem ex empto informari, & sic si ante possessionem per me adeptam emptor reaccipiat, agam ex empt. contra eum *arg.ff.de lib.leg.l.quod mihi.*

Nunc videamus de pactis quæ perimunt, quorum effectus est vt naturalem tollant & ciuilem elidant, non autem habent quod informent, vt in *§.pactus ne peteret.* fideiussi pro naturaliter tantum obligato: ei est factum pactum: an liberer ipso iure? respondeo sic, *de rescin. vendi.l.3. & argum. eorum quæ no.ff. eod.si tibi §.de pignore.* Et quia non reperitur quod fideiussoria obligatio possit esse sine principali, *ff.ad Treb.l.si hæres pecuniam.* vbi not. hanc quæstionem Guli. ponit & ita determinat *ff.de transact.l.& post rem.* Interdum tollunt actionem ipso iure, vt apparet ex supra not. in contractibus bonæ fidei: idem est in actionibus quæ nascuntur ex maleficijs, vt ipso iure tollantur per
79 pactum. *vt l.si tibi.§.quadam.& d.§.pactus ne peteret.* & quæ † ipso iure tolluntur postea renasci non possunt, vt ibi dicitur.

Quærit Guli. an actio iniuriarum tollatur ei qui confessus est peccata sua de hoc not. *Instit.de iniur. in fin.* ipse dicit. & bene *in d.§.quadam,* quod mala voluntas tollitur, sed remissio interesse facta non videtur cum Presbyteris, qui quotidie celebrant, detur iniuriam

actio

actio. *C. de Episcop. & Cleri. leg. si. quis in hoc genus. & C. de iureiurar. leg. atrocem.*

Item quærit in §. pactus ne peteret, an pactum quo promitto non agere, tollat natnralem vel vtramq; in obligationibus ex maleficijs? & dicit quod non: quod tale pactum non est remissorium, & sic non concernit obligationem sed petitionem: ergo id super quo non interponitur, non extinguit *vt l. si vnius §. ante omnia.* Ego credo quod male dicat, *arg. d. l. quod mihi de libe. legat.*

Iuxta istam materiam pactorum cohærentium alteri contractui, quæritur primo. numeraui tibi decem, an possim pacisci, vt reddas quindecim? videtur quod non *vt l. si tibi decem. in princ ff. eod.* pro hoc *ff. si cert. peta. l. rogasti. §. 1. glos.* dicit, quod non valet vt sit mutuum, sed vt sit domum in quinque in *d. l. si tibi decem*: in fraudem enim vsurarum quinque promissa per pactum non videntur apposita, quod requireretur stipulatio, *vt l. Titius. ff. de præscri ver.* sed Guli. dicit quod non præsumatur donum, & ex hoc dicit quod instrumenta * venditionũ quæ quotidie dicunt, & donauit si plus valeret, nõ operantur aliquid in hoc: ita ipse not. *in d. l. si tibi,* & pro eo facit, quod contractus præsumitur simulatus: cum res pro parte venditur & pro parte donatur. *vt C. manda. l. ab Anastasio,* & alibi dicit ipse, ex eo quod fit in contractu, præsumitur fraus & simulatio *vt l. 1. §. qua onerandæ. ff. quarum rerum actio non da. & l. 1. §. 1. & §. fin. ff. si quis testa. liber esse in. fine.* Ego credo quod dicat male: nam in *l. ab Anastasio,* est speciale in venditione nominum, seu cessione actionum, & hoc fit fauore debitorum, ne potentioribus aut calumniosis litigatoribus subijciantur. *vt no. C. ne lic. poten. l. 1.* ergo in contrarium est ius commune, *vt ff. de legi. l. ius singulare.* 80

Item quæro de pacto pœnali, quid operetur: promisisti non petere sub pœna, an si petas, nouetur exceptio quam habebam per interuentum pœnalis stipulationis? Respondeo, non: *vt l. rescriptum § si pact.*: alibi tamen dicitur exceptio nouari. *ff. de præto. stip. l. 1. conuentionalis in fin. magna glos.* sed ibi exceptio magis perimitur quam mouetur, cum non transfundatur ad alteram obligationem: hæc autem ideo non perimitur nec nouatur: quod non deficit æquitas, à qua venit exceptio, *ibi sic.* & adde quod *not. ff. de arbi. l. 2.*

Item quæritur vendidisti mihi rem: pactum postea apponimus,

vt ab

vt ab emptione recedatur.quid operetur? Respondeo, si res erat integra, tollitur venditio ipso iure, alias per exceptionem, *ff. de pactis. l. ab emptione.* Sed qui si esset actum vt res quæ forte erat emptori tradita retradatur venditori, & à venditione recedatur quid operabitur? Respondeo, hic duo sunt pacta, vnum vt retradatur, & hoc non rescindit contractum ipso iure: quia non tendit ad hoc principaliter: sed ad constituendam nouam obligationem, quam non parit si sit
81 nudum omnino: item quia re † non integre, non potest contractus ipso iure rescindi: sed antequam venditori retradatur res sua, res nō est integra: rursus post traditionem desijt esse pactum: quia transiuit in executionem: ergo non est reperire tempus, quo possit contractus ex tali pacto rescindi ipso iure, ita dicit lex *ff. de pact. ab emptione, in fin.* secundum pactum est, vt à venditione recedatur: & istud pactum re retradita venditori rescindit ipso iure: quia tunc committitur pactum non ab initio: nam conditio inesse videtur si retradatur: cum ergo pactum purificatur, & committitur, res reperitur integra, ego perinde est, ac si ab initio non intercessisset traditio, & res semper fuisset integra: diuersum si pactum de rescindendo esset sic conceptum, vt committeretur etiam ante rem reductam in pristinum statum: puta quod sic pactum conceptum fuit, vt contractus rescindatur, & ob hoc res retradatur venditori & ita intelligimus quod lo. dixit *in d. l. ab emptione.*

Quid si pactum est ita conceptum restituta re venditori, contractus rescindi, & sic per ablatiuum absolutum, an per hoc videatur pactum, de rei restitutione interpositum? respondeo sic, *vt d. l. ab emptione & ar. ff. de leg. 3. l. fideicommissa §. cum esset.* & maxime quia contra-
82 ctus † emptionis est respectiuus, vnde eius efficatia non debet pendere: sed si ante retraditionem conueniris ad pretium, habes exceptionem conuentionis: respondeo non, nisi retradas: quia hæc conditio inesse videtur, *vt d. l. ab emptione no.* prædicta locum habent in pacto rescindendo quod opponitur post constractum, sed si in contractu apponitur dic vt no, *ff. de donat. l. 1. in glo. mag. & per Gul. in d. l. ab emptione, in princ. & in pe. q. & per glos. de in diem adiect.*

Iuxta hoc quærit Guli. si procurator meus emit à te procuratorio nomine & eo nomine constituis te precario possidere an in me transferatur dominium? & videtur quod sic *ff. de dona. l. qui mihi donatum,*

donatum, Guli subtiliter dicit contra: dicit enim quod duplex fictio non cadat super eadem re, vt *l.1. C. de dotis prom.* item quod sicut non est dare seruitutem seruitutis ita non est dare fictionem fictionis: sed in proposito esset duplex fictio, vna quod procurator possideat, alia quod dominus fingatur possidere. Ergo &c. pro hac inducit ipse duas leges: vna dicit, quod * ex vero contractu, iure speciali in ciuitatem & ecclesiam transit dominium, sine traditione, *C. de sac. sanct. eccles. l. fi.* alia lex dicit, quod ex pollicitatione iure speciali obligamur ciuitati & ecclesiæ, vt *l.1. de pollic.* Alia dicit quod ex pollicitatione nõ transfertur ipso iure dominium in ecclesiam, ne cõcurrant duo specialia, quod pollicitatio obliget, & quod ex ea dominium transeat, ita dicit *ff. de pollicitat. l. si quis rem §. fin.* Item pro sua sententia inducit legem quam dicit bene facere *ff. mand. l. si vero non remunerandi. §.1. & §. si filio*, sed contra videtur casus l. quod, quod possidet procurator, dominus vere possidet, non per fictionem: vnde non est hic nisi vna fictio, *per l. ff. de preca. l. certe §.1. & ff. de acqui. posses. l. quod meo §. procurator.* Ego contra Guil. sentio quod illæ leges, loquuntur vbi procurator vere possidet, qui tũc ꝙ alii possidet, nudũ ministerium præbet & per nudum factum eius ꝙ nulla iuris constitutione mutabile est de his quæ possidet: ea enim quæ naturaliter, id est naturali facto nõ iuris vinculo quæruntur, per liberam personam nobis recte quærimus: quod factum eius iuris constitutio non immutat vt dixi, *ff. de acqui. re. do. l. ea quæ*, at hic procurator ficte possidet & qui ficte possidet, non potest alium suo ministerio verum possessorem facere, maxime quod talis possessio ciuiliter acquiritur procuratori, & ea quæ ciuiliter acquiruntur &c. vt *d. l. ea quæ ciuiliter, de acqu. re do.* dico ergo quod isto casu procurator, possidet & dominium habet, & actione mandati cogitur vtrumq; cedere: *arg. ff. de acqui. poss. l. Pomponius. §. & si possessio. cum si.* Et caue tibi quod in l. si quis rem, §. fin. potest esse alia ratio quam dicat Guli. scilicet quod genus non corpus est in obligatione & generis nunquam transit dominium, *de leg. 1. l. non amplius, §. si quis horum.*

Nunc videamus de quibusdam pactis * quæ per se stant: sciendum est autem quod ista sunt generalia, & generaliter valent: fallit in pacto transactionis, quod non valet nisi in deductis in iudicium: quod de lite & re per eam incerta transigitur non de alia, vt *not. ff.*

de pact.l.emptor §.*Lucius.* Item fallit in his quæ ex testamento dependent, super quibus transactio indefinita, non habet vim generalem nisi in spectis, &c. *vt ff.de transact.l.de his, ff.quemadmodum te.ape.l.*1. specialis autem remissio valeret in expresso, *ff.de verb.oblig.l.qui Roma.§.duo fratres, & C.de pact.l.*1. regulariter autem indefinita remissio valet in omnibus, vt *ff.de lib.lega.l.creditor,*§.*Gaio.*

Item quæritur de effectu illius pacti, quo mihi promisisti quid dare ei cui dari nô intererat mea, an incipiat actio mihi competere, si incipiat interesse? Respondeo, licet quo ad illum in cuius persona est destinata datio sit in pacto rem dari: tamen respectu stipulantis est fieri, vt *ff.de verb.oblig.l. liber homo.in fin. & C.de pact.l.debitori tuo ibi ex stipulatu. & c.* sed in factis crescit exactio, secundum quod crescit interesse, ergo incipit actio incipiente interesse, arg. hoc tenet, *Guil. ff.de pact.l.debitori tuo. ibi, ex stipulatu, & c.* sed in factis crescit exactio secundum quod crescit interesse, ergo incipit exactio incipiente interesse.

Item quæritur de effectu taciti pacti? & dic vt not. *in l. Pomponius de neg.gest.*

58 Item quæriter * an valeat pactum quo promittitur non appellare? Respondeo quod sic, *l. tale pactum* §. *qui prouocauit,* & est tex. *ff.quibus appel.non licet l.*1.§.*si quis professus.*

Item quæritur de pacto quo fit, vt quis conueniatur, in quantum facere potest, & valet quidem, vt *ff de pact.l. non impossibile,* & si in pari causa sit actor: diuersum si ex lege non ex pacto competeret: nã tunc melior est causa eius qui tractat de damno, vt *ib.not per Guil.* allegat in arg. *ff.ad Treb.l.matrem in fi.l.*

Nunc videamus *DE EXECVTIONE ET IMPLEMENTO* pactorum, & dic, quod aut habent causam successiuam aut momentaneam: prima totaliter impleri non possunt *vt no.C.de pact.l.*1. *& C. ne transact.l.siue apud.* facit quod not. *C.de vsufr.l.corruptionem, de verb.oblig.l.pluribus.*§.*fin.* Item facit. *ff.de arbit.l.inter castel. & ff.de solu.l.in numerationibus.* Actum sub Anno Domini. M. CCCXL. vigesimo primo anno quo natus fuit Baldus.

INDEX

INDEX VERBORVM AC RERVM LOCVPLETISSIMVS IN TRACTATVS DIVERSORVM DD. DE PACTIS.

A

Actio sicut conceditur, à fortiori exceptio eidem permittetur, Ex ea n.381.

Actio alteri per alterum non quaritur, Ex ea nu.126.vers. sed circa, quod limit.vt nu.129.

Actio vt quaratur ex contractu alterius duo requiruntur, Ex ea n.291.

Actio directa, vbi alteri per alterum quaritur, non opus est cessione vel ratificatione, Ex ea nu.209.

Actio ex nudo pacto dotis oritur, Ex ea nu.396.in fin.

Actio stricti iuris subrogata in locum actionis bonæ fidei, erit & ipsa bonæ fidei, Ex ea nu.400.

Actio directa quando oriatur ex stipulatione alteri facta. Ex ea nu.412.

Actio largo modo potest dici defensio, Ex ea sub nu.459.

Actio præscriptis verbis quare sic dicatur, Bal sub nu.21.

Actio non oritur ex his quæ tendunt, ad excipiendum quod tamen interdum fallit, vt ib. Ex ea nu.468.vers. declara secundo.

Actio ex vendito informata, vtrũ cõpetat vt permutetur. Bal.n.19.

Actio quæ oriatur ex donatione facta, nudo pacto. Bal.n.38.

Actio præscriptis verbis non competit ad repetendum datum. Bald.nu.71. & num.72.

Actio ex empto coniunctim potest dari ad certum & incertum. Bal.nu.73.

Actio præscriptis verbis an informetur à pacto incõtinenti apposito Bal.n.74

Actio non debet dari mihi, & contra me, Ex ea nu.538.vers.4.in specie, & vid.nu.542.vbi limit.

Actio præscriptis verbis quæ sit, & vnde dicatur. Caccialu.q.6.n.6.

Actio oriri dicitur ex pacto quod contractui incontinẽter apponitur, Caccialu.q.6.n.22.

Actio de dote restituenda nascitur soluto matrimonio nec fingitur nata tempore cõtracti matrimonii. Ex ea n.583.subl.6.vers.quare vt breuiter.

Actio præscriptis verbis nõ datur nisi ex vno ex tribus contractib.innominatis, Caccialu.q 6.nu.26.

Actio vetus ex contractu seu ipse contractus pacto incontinenti apposito informatur. Caccialu.q.6.nu.30.

Actio quædam præscriptis verbis oritur ex pacto incontinẽti apposito velut contractus cohærentia vestito. Caccialu.q 6.n.31.

Actio an & quando ex pollicitatione oriatur de iure canonico, Caccialu. q.11.nu.7.

Actio non datur ex pacto nudo si ille cui sit tractet de lucro captando. Caccia. q.13.nu.2.

Actio de constituta quando & cui cõpetere sit dicenda, Caccialu. q. 13. sub num.3.

Actio quæ oritur ex secundo pacto super eadem re facto. Caccialu.q.13.nu.4.

Actio de iure ciuili oritur ex nudo pacto, facto ex interuallo super eadem re, Caccialu.q.13.n.5.

Actio

Bene-

Clau-

Con-

i *Con-*

Con-

i 2 Con-

Bene-

Clau-

Con-

Con-

i *Con-*

Con-

Con-

i Con-

Bene-

C

Clau-

Con-

Con-

Con-

Con-

Dispo-

Donatio

E

Executor

Filius

Insti-

Iuramen-

L.si

Negotio-

 oritur,

Ora-

Pacti

Pactum

aqui-

Pactum

Polli-

Promissor

 actus

Rela-

Spe-

Stipu-

FINIS.